







1575
Ravennas














THOMAS PHILOLOGVS RAVENNAS

Monasterij PHYSICVS EQVES. Altenburgensis

Malum Gallecum, Depilatiuam. Vnguitiuam. Dentatiuam. Nodos. Vlcera. Vitia quæque. affectus. & reumata, usque ad contortos sanans. ligni indi, aquæ, uini, sublimati. Cynæ. sparsæ parillæ. Huysan. Hetechen. Carauagii aluar. mechoacan. Antimonii. Vnctionis. ceroti. suffumigii. Præcipitati. seminis indi. ac additorum Mundi noui. & reliquorum.

Modos omnes, & Facultates explicat.

1628 Comparatus sub Adm. R. D. D. Mauro



VENETIIS, Apud Petrum de Franciscijs,
Tertia impressio. M D LXXV.

THOMAS PHILOLOGVS. RAVENNAS. PHYSICVS. EQVES.

DE CINAE RADICIS. SPARTAE Parillæ. Hetechen. Caraualgi Aluar. Huysan. Radice Mechoacan. Antimonij. Et reliquorum supra, Historia, & Facultatibus.



IVSTIS petitionibus vestris Doctißimæ Augustinæ Gadaldinæ obsequens. Qui desinis nunquam (velut hominum ingenium eruditißimorum est, Noua rimari, ac solertius indagare exquiris. Quæ nunquam excogitauit antiquitas. Quod vulgo cinnarum radicis spartæque parillæ Historiam, Facultates, & varios operandi Modos apud nos, extantes, æuo adhuc ignotas nostro ex Hispania, Lusitania, vel aliunde allatas, à veteribus nec traditas, nec cognitas, longo meo ferè octogenario secundo rerum usu perceptas manifestiora fieri, atque mortalibus enunciari concupiscis. Certum enim est, non omnia fuisse ab antiquis descripta, uel potius à veteribus multa fuisse oblita. Edidi itaque olim, in libro, De Vita Hominis vltra 120.

annos protrahenda capite 12. Antiquioribus ignota, a recentioribus reperta. De quibus diligentius prudentissima consideratione, multa post antiquos inuenta sunt, & plura inueniri posse, multaque nunc extare veteribus, ac presentibus ignota. Reperit enim Hispanorum solertia simplex quoddam china seu il pallo della cinna, atq; alterum sarsapardigliam vulgo nuncupatum virtutibus pluribus insignita. Quorum facultates, pro amore in me tuo, ad humani generis commoda, adiuuandis ornandisque communibus studijs, medentiumque decus, & ideo magis, cum inuentis addere labore insigni impreßionibus uacare aßidue videaris. sicque posteri perspicatiores fiunt. semper quippe noua sunt ingenia, & ad cogitandum quidem meliora. Venetijs præsertim in vrbe æui nostri præclarißima. Vbi noua continue rerum ignotarum caraualgi aluar, nuper comperti tertij simplicis, & quarti Hetechen; ac Mechoacan quinti, nouißima insurgit admiratio, arte inuentis semper addente. Medica præsertim, vsu venit, ut aliqui nascantur, qui sibi arrogent, & in hac noua comperiant, diuinitus confirmandis, recuperandisque disciplinis mundo Dati. Ne quid igitur operi uestro De Galleco morbo, egregio, deposito, desiit. Noua ex nouo longoque experta accepte usu.

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISS. COMITI GVIDONI RANGONO,

Francisci Francorum Reges Christian. Locumtenenti Italiæ Generali.



Vemadmodum tua singulari, ac præstanti armorum virtute Excellentissime vice Rex (neque frustra, velut se iactauerat Magnus Pompeius) pulsato terram pede repente duodecim millium peditum, ac quingentorum equitum exercitu comparato, per medios hostes, vnoque breuissimo oculi ictu tentata Ianuæ expugnatione, Taurinum liberum reddēs, Salutiarum Marchionatum occupans, Pulcherrimis quam pluribus victorijs hostibus cesis, ac fugatis resistens, Galliam ab inaudito, ac graui obsessu liberasti, Ita ego quoque tuæ excellentiæ Alumnus, velut tu ipse, factis tenus, verbis procul, litterarum gloria ab infami morbi nomine nobilem, atq; illustrem Gallorum gentem vi omni liberare tentans, nulli conuenientius, ac aptius. quàm celsitudini tuæ inter heroas nunc celeberrimæ, a quo Rangonum splendor Italiæ & Decus Illustris Marchio Balthasar, nunc quippe filius, Illustris atquè Liuius Rangonus Patruelis bina hesperiæ lumina ortum habēt. Impressionem Tertiam, breuem librum hūc, nam sicuti iura, ac sanctæ leges, ita medica artium præclarissima satius, quæ non verbis corpora sanat, longis verborum ambagibus absolui cupiens cognominis gratia, reconsecrare uolui.

De mali Galleci ortu : & nomine. Cap. I.

MOrbus quidem Gallecus vocatus nouius recentiusque cæteris morbis præter nomen, nihil, nec id quidem mihi habere videtur. Nam eandem natura vnde gignitur, quam cæteri morbi habet. Naturam autem, causamque nouam ac recentem, vt quod ante gallorum aduentum in Italiã maioribus nostris non innotuerit, & quod anno Christi 1494. mense Octobris belli initio italici, Rapalo Ianuensium loco, Caroli octaui Regis Francorum maximum exercitum equitum 15. millium, ac peditum 60. Vlcera incurabilia, pustulæ, dolores, tubera, ac tabes occupauerint, militi enim cuipiam diui Lazari Xenodocheum depredanti interfectis infirmis, abreptis, ac diuenditis lectis, & culcitris denario solum aureo, breuissimo temporis spatio, at perexiguo potius momento in palmæ manus medio diuino miraculo natum est vlcus, toto corpore dein pustulis cooperto, atque vniuersim confecto doloribus, ut ab his vulgo tabellæ, à thuscis bullæ, a Longobardis brogiolæ, ab Hispanis dicerentur labones. Qua re quippe contagiosã prius nequaquam cognita breui toto Francorum exercitu disseminata, a quibus malus Francicus, seu Gallicus, postea nomen transtulit, ab eis, licet, quoniam Italię prius inceperit, uel palàm sese ostẽtarit, Italicus, & Neapoli manifestus factus fuerit, uel inordinato diuersorum obsoniorũ copioso militum

litum regimine, ac hominum immunditiæ, aut praua potius aeris qualitate, Et si, Neapolitanos (inquiant) calce vinum, a quibuscunque, nec tanti a Gallis quamplurimum desideratum, corrupisse: Quo inuenis putrefactus sanguis huius egritodinis causa extitit, veluti & aqua, quæ a nullis gentium tanto expetitur desiderio, euo nostro anni 1526. Petri Nauaræ industria retenta, ne urbis molendina farinas conficerent, regurgitante, ac præsente excellentissimo Comite Guido Rangono corrupta. Licet is ingeniosissimus, ac causarum naturalium diligentissimus indagator. Venetijs domo Vitturia valentiorem, ac propriam magis adduxerit causam approbantibus Neapolitanis, me præsente, ac illustri Comite Ioanne Francisco Gambareo litteratissimo vocatis, Permaticam, idest negociorum triũ mensium cessationem singulis quidem semper, ac perpetuis annis Neapolitano Regno constitutam, ob prauasque aeris fieri qualitates, ut eo tempore nullius in quoduis forum vocari queat, ulla, neque ualent ori in ius quod quam obstringi causa, Præstantissimus Francisci Christianissimi Francorum Regis Locumtenens, Dominus de Lotrech, cũ exercitu ferè octuaginta hominum millia deperijt, Neapolitanus dicatur morbus: Quodque nouos Italiæ aduenisse morbos prioribus sæculis ignoratos antiqua etas crediderit, testetur siquidem a Plinio cap. primi 26. naturalis historiæ ante Tiberij Cæsaris. III. Romanorum Imperatoris principatum, non modo Italiæ, sed vniuersæ fermè Europæ Lichenas

Mentagramve incognitas fuiſſe: atque elephantiaſim vſque ad magni Pompei tempora nunquam Italia comparuiſſe, dein breui, Sicut, excelſi tertio, Ignotus autem penè in Italia frequentiſſimus quibuſdam regionibus is morbus quem elephantiaſim Græci vocant, ablatam eſſe, velut Germurſa priſcis temporibus oblitterato nomine extincta, ſicuti nec Colum quiſquam magna ciuitatis ambage prior im peratore ipſo ſenſit. Vt mira ſtatim hominum ſuperſtitione, vel ſancto Meuio quidam, ſeu diui Ro chi morbo, Alij Scabiei Iob attribuant, quo malo, ex Suetonio, C. Auguſtum maculato ſemper pectore, & aluo vrſæ cœleſtis modo ordine genitiuis quidem notis, ac ſtellarum numero, Papulis quoque affectum Euagrium Monachum, ad quem ſunt Hieronymi Epiſtolæ, Quique religioni vtilia quamplurima compoſuit, Germania, circa annos Chriſti, 388. Laboraſſe creditur per deſerta frigus immoderate ferentē, ac cruda manducantē, Vt de conſimili morbo conſilio, 55. iamdiu Vgo Senenſis diſſeruerit. Verum enim conſtat Morbum hunc neque propter hæc peregrinum eſſe, nec cæteris nouius, ac recentius quicquam habere, Si ex hippocrate omnia priſcis temporibus inuenta ſint, Ac ueræ ſiquidem manie, Melancoliæ, epilepſiæ, ſanguinis fluxus, ſquinantes Corrize, Branchi, tuſſes, Lepræ, Liche nes. Proprium autem Aegyptijs erat, ex Plinio, ac ex Lucretij poetæ antiquiſſimi. 6. eſt Elephas morbus, qui propter flumina Nili, naſcitur in Aegypto, in Media, neque præterijt vnquam, atque Deutero-

nomij

nomij cap. 28. Moſes, percutiat te dominus vlcere Aegypti, ita ut curari nequeas, & alibi, ulcere peſſimo in genibus, ac ſuris, ſanarique non poſſis a plā ta pedis, uſque ad verticem tuum. Ex priſca dein medicina, plurimi quoque hactenus totam medicinam ſciuiſſe uidentur, ac ex principe incidenter 2. canonis cap. de olibano arabica, & fideliori interpretatione ponitur morbus compoſitus ex doloribus, & puſtulis veruccæ inſtar, ac deambulantis formicæ, ex Pauli quoque prohemio, non qui veteribus eorum, quæ ad artem ſpectant prætermiſſum quicquam putem, non tam rectè, quàm abſolute etiam illis ad unguem omnia ellaborata cenſeo.

Dein antiquiſſima Gallorum gens, ex Diodoro, a Galate Herculis filio originem trahens, Francorum enim meminit Cicero ad Atticum, ante Annibalis aduentum in Italiam quinquies alpes traiecit. Primum celte priſco Tarquinio regnante, ſecundo Cenomani, poſtea Boij, demum Camilli tempore Senones, qui in Græciam quoque apud Biſantium, ac delphos, vbi imbre, grandineque, ad unum extincti ſunt, atque in Aſiam Gallo græci dicti, permearunt. Poſtremo 3. Pirrhi in Italiam aduentus anno, dein Theodericus primus Rex anno Chriſti. 484. cum octuaginta armatorum millibus, ac poſt eum Pipinus anno 751. bis traiectis alpibus cum exercitu Aiſtulphum Longobardorum Regem Stephano. II. Pontifici Exarchatum Rauennæ, & quicquid ferè in Italia ceperat Petri clauibus cedere coegit. Poſtea Carolus Magnus contra Deſiderium Lō

gobar-

gobardorum Regem ab Hadriano Pontifice adcersitus, post hæc contra Saracenos, dein Italiam adiit contra Araisum Beneuentanum Ducem in Romanum Pontificem insurgentem, Leonem tertium, quoque a Romanis expulsum tertio Italiam ueniēs restituit, pro quibus meritis Imperator primum cōsalnatus, quod annis 380. occidenti cessauerat, qui etiam Hierosolymas, ex Iacobo de Voragine recuperauit, deinde Bernardus Italiæ Rex, ac anno 815. Ludouicus primus, Ludouicus quoque secundus, Nicolai primi creationi interfuit, ac Mediolani decessit, Carolus etiam secundus Caluus a Leone quarto, contra Saracenos vrbis Mænia iam tenentes, & denuo a Ioanne. VIII. Pontifice anno 880. vocatus, Rodulphus dein contra Berengariū, postea Robertus Sanctus, demum Ludouicus, Ludouici filius Hierosolymas, sicut eius filius anno 1223. Philippus Augustus, postea Ludouicus Sanctus in Syriam peste passim castra occupante Carthagini, contra Saracenos cum Ioanne filio interiit, ita quoque Carolus eius frater anno 1270. Philippus dein tertius Italiæ pacis auctor, Carolus. VII. misit Gallorum subsidia Pannonijs, & Constantino politano Imperatori, contra Turchas anno 1422. Ludouicus vndecimus Romam quoque adijt anno 1476. parum ante Carolum. VIII. filium, cuius, tempore velut differuimus, morbus hic innotuit clarius, Ludouicus item. XII. anno 1499. bis Italiam repetit, ac tertio Neapolim, Christianissimus autem nunc viuens Franciscus primus ter Italiam

petijt,

petijt, & nihilominus nulla historia demandatum est hoc morbo Gallos alijs gentibus infectos magis, ac numerosius, aliquas infecisse gentes, cum horũ ad vnum infinita ferè mortalium millia interierint pluries, si mundum nunc quippe totum imo & nuper, vt aiunt ab Hispanis, vel Lusitanis inuentum, nec rectè forsan, ac nouum, in quo, & alibi priori euo semper lignum Indię singularissimum remediũ compertum, iamdiu ambiat, istoque infecti quandoque educantur aluo, & equè complectatur, quomodo enim hic recens habitus, nouaque huius gentis cœlo eodem exortæ, eisdemve syderibus educatæ, ijsmet semper morbis obnoxiæ, ni aliunde contagio affectæ, & quæ nuper intemperies, Caroli tempore tantum, neq; ullo priori, ac posteriori euo, morbũ hunc nouũ produxerit, cũ nulla assignari ratio valeat, ac possit hanc repente labem nostram, ita infecisse ætatẽ, ut nullã superiorem, Aut qua deorũ vindicta, Naturales enim causę inspectę millies post mundi initia eedẽ extitere, Sicut cæteri Morbi priori fuisse euo, uelut declarauimus, & antiquorum tẽpore extitisse demonstramus. Licet enim, ex Galeno methodi medendi.ij.& primi.ij.ex Principe, Morbi plurimis denominentur modis, utpote, uno ab eo cui primum euenere, Plurimi sunt nihilominus qui successiue diuersis temporibus simili modo uaria sortiti sunt nomina, dicta est quippe Epilepsia ex Alexandro à suis accidentibus eo quod omnem sensibilitatem captiuam teneat, ab Hippocrate sacer morbus expiatorum & incantatorum sententia, vel

ex neotericis, quia partem corporis sacerrimã possidet, ubi rationalis habitat anima, ut ÿeranoxő, Caducus quia cadit eger, Pedicon quod pueris accidat, Herculeus eo Hercules uir fortissimus captus, Apud Romanos Comitialis quo occurrente, dissoluebantur comitia, Lunaticus Lunæ motum sequẽs, uelut lepræ speties, ac quamplurimi alij morbi, Cũ igitur Caroli tempore contigerit nobilissimam Gallorum gentem hac epidemia infici, neque solam, Si ea totus orbis inficiatur palàm, Nec minus horum hostes uictoria ac iniuria superiores, cum sic semper in aduersis proclametur exercitus ac à dijs imprecetur. Non mirum est, cum ad placitum sit, si nouo hoc nomine, ut appareat hostium uindicta, in opprobrium præclarissimæ gentis Morbus is, cum nil nouius ac recentius cæteris haberet morbis, Malus Gallicus corrupto uerbo denominaretur, Morbus etenim hic antiquiori uelut cætera mala genitus quo nõ multum distans ab articulorum doloribus & si ad cutim lacertos, ac neruos, ossa, & epar, ac ad mẽbra omnia magis pertineat, antiquo minime nomine carens, clarius, ac expressius, quinto de Morbis curandis à Galeno sic quidem Morbi huius signum quodam manifestius describente Romæ prænotatus. Cæterum Vlcera quæ in asperæ arteriæ interiore sunt tunica. & potissimum quæ summæ eius parti, quam laringam uocant. sunt uicina-curationem recipiunt, Et nos non paucos eorum, qui ita sunt afflicti sanauimus, sane curationem eo-

eorum

rum hinc maxime inuenimus in grauis huius pestilentiæ initio, Quæ utinam aliquando cesset, iuueni cuidam totum corpus ulceribus scatebat. Et paulo inferius, Atque ille quidem adolescens, cum ulcus in arteria ex pestilenti Morbo haberet, sanatus est, ac post eum similiter alij, Totum olim orbem occupauit. Primũ enimuero, ex Iunioribus quibusdã Hispaniam, eas pręsertim partes ad occidentem solem uergentes, Atque à Gallaïcis seu Gallecis Hispanię populis Gallis finitimis, de quibus Historici omnes, ac Martialis, Neque Gallaico linuntur auro, sumpsisse nomen Mali Galleci, Inde propiores Gallias, Alemaniam, Sardiniam, Siciliam, & ipsam non minus Morbis, quàm Barbarorum excursionibus expositam Italiam, Dalmatiam quoque, Græciam, ac totam fermè Europam, Asiam, & quorundam relatu Syriam, atque Aegyptum, ex Plinio, Morborum quõdam talium Genitorem, inuasit. Et primum, ut fit, per ignobile uulgus repsit, dein proceres sensim sollicitare incepit, Adeo nunc uulgatus, ut pestilẽs, & contagiosus superius à Galeno, Velut epidemiarum tertio ab Hippocrate prius, sicuti cap. ij. disseremus, ac à pluribus postea, quia populatim uagãs, dicatur Epidemicus, & nulla terrarum, orbis pars, sit illius expers. siue igitur, ut asserit constans Hippocratis & Galeni Veritas, Epidemia sit, uel simplex, uel in compositione Morbus. Elephantiasis. s. ex aquilano Galeni sententia nephandæ lepræ, quæ squamatio est, species, ex conciliatore differentia CLXXVII. uel ad Glauconem secundo uniuer-

salis

ſalis cancer, uelut libro quarto a Paulo, & ab Aetio, Aut ex quibuſdam Lichene, uel Aſaphati tinea. ſ. apud Arabes ſicca uel humida; aut Pruna ſeu Anthrax, uel Perſicus aut ſacer Ignis, ſeu Saracenica Scabies, Morbuſue Indicus e noua tranſlatus india Mundo ac Nouo, uel ſint poſtule aeris calidi ac humidi nimis intemperie ex uaria humorum corruptione genite, aut ſit ex Huteno deprauati ſanguinis ſuppuratio in tumores uel nodos conſiccata & indurata, uel lepræ ſpecies ac ſibi affinis & propinqua, aut ſit epatis mala diſpoſitio qualitate occulta contagioſa cum puſtulis quandoque, alias cum tuberibus, ulceribus quandoque, aliquando tantum cũ doloribus, uel ex Galeno libro huic proprio colera Nigra, conſonant enim quadrant eademque ſunt huius morbi conſubſtantialia ad hanc Sinthomata & reliqua, Aut uerius ſit Diabolicus morbus, Manifeſtũ tamen eſt nouius, ac præter nomen Hoc, quod etiam antiquum, eſſe probauimus, Nihil recentius habuiſſe.

Mali Galleci Eſſentia, Cauſa, & Diffinitio. Cap. II.

NOn ſimplex huius morbi Natura mihi uidetur, ut qui & cutim, ac articulos, lacertoſque ſimul, & oſſa, epar, ac reliqua infectet mẽbra. Tria que inſimul morborum Genera, ut ſimilium, ac officialium membrorum, totiuſque corporis ex Galeno de morbo primo contineat, & à principe compoſitus

poſitus diceretur. Quique compoſiti Morbi ſecunda primi exempla adducens Apoſtema & puſtulas protulit, At ne ex Galeno ad Glauconem à fortuna morbum curaremus cauſam eius ignorantes, a Procatarticis exordiemur.

Aut enim hæreditarius morbns eſt, quidnam prohibet ex Hippocrate de ſacto morbo fœtum eodem modo generari quo & parentes laborarunt, quoniam corporis partes omnes ad geniturám conferunt, Sani de ſanis gignuntur morboſi de morboſis. Coitu enim quamplurimum concuſſis, ac iunćturis debilitatis ex podagrico ferè ſemper podagricus gignitur primi ſecunda doctrina prima cap. 8. de Morbis, qui ex ſemine hæreditantur, uelut Albaras, Tinea, Podagra, Phtiſis, Lepra, ac ſimilia, nonne temporibus noſtris præclariſſima Venetorũ, ac populoſiſſima vrbe. Vbi velut olim Romæ Hydropici Galeni euo, mille comperirentur huiuſmodi, plurimos nuper natos ſimilibus morbi huius ulceribus, ac nobiles noſtri conſpexere medici.

Vel ſyderum fit influxu ſicut opinantur aſtrologi, vtpote in Ariete uel Libra Saturno, aut ipſius, ac Martis in ſigno Cancri coitu, atq; in ſigno Scorpij Venere retrograda, uel binis Solis eclypſibus in Aquario, aut uerius anni 1483. die 24. Octobris Saturni Solis ac Veneris in Scorpio pudendorum maximo Rege amplexu, Luna bis ibidem, ac Tauri imagine priuata lumine naturæ humanæ amico ſummo combuſto Ioue, id comprobante coitu Iouis Veneris Martis ac Mercurij in Libra, ut Morbum

bum hunc partuſa dicant Saturninum, ac turpem, atque ſub Saturno reponant.

Seu cibo, ac aliis nutrientibus, ſicut opinantur Aegyptij, aſſerentes ciborum ſuperfluitate quoſcunque creari morbos, malum chimum gignentibus, præparantibus, aut prauam intrinſecam alterationem promouentibus.

Aut diuina ira uelut ſentinnt Theologi, malorũ a nobis morum pœnam, ac ſupplicium exigente, quo ſatyricus, miſſum ad ſua corpora morbum, inſesto credunt a numine ſaxa deorum, hæc & tella putant, uelut ob luxuriem Lepra, ab accidia podagra, febris a ſuperbia quotidiana, & reliqua, quaſi nunquam peius vixerint homines, ſi ex Heſiodo, omnipotens pater antiquorum peruicatiam conſpiciens, Pandoram dolio malis referto terris immiſerit.

Vel contagio, ſicut fit ut plurimum, atque a uulgo ſic fore tantum coitu, pudendis poroſis, ac mollibus, quibus facile imprimitur, huiuſcemodi contagio poſtea ad epar tranſlato, altero verum enim contactu, a c aliter exoritur, velut veſtium, linteaminum, vel infecto cibo, ac potu, infectiue oſculo pluries. Lactis aſſumptione, ſeu fœtore, ac aeris inſpiratione, aut aliqua cum infectis, ac loci infecti mora, uel dormitione, quoniam cauſæ primæ anteriores mouent.

Seu aeris intemperie, non abſque ſupradictis quẽ admodum arbitrantur medici, anno enim quo hic morbus euo noſtro pullulare, uel diligentius annotari cœpit, magnam aquarum exuberantiam uni-

uerſa

uersa Italia fuisse Testijs est Roma, Quæ Malum id primo sensit, qua tybris ita intumuit, ut tota sit facta Nauigabilis, ex Pomponio, hoc tetrastico, effecto postea, ex Leoniceno, Hexactico.

Tempore Alexandri Sexti Nonisque Decembris
Intumuit Tybris bis Senas circiter ulnas,
Insula queque domus facta est, medijsque repēte
Circunducta uijs equabat cimba fenestras,
Deucalioneo uix tantum tempore Tellus
Diluuium passa est, latuit cum tota sub undis.

Bononia autem Rheno: Ferraria, ac Mantua Pado, Venetia Athesi inundante, ut estiuus aer ad Calidam & humidam temperiem, à Philosophis, ac medicis omnium putredinum matrem, deductus fuerit, Sicut antea belli Gothorum tempore, ex blō do, quo pestilentia ingens prodijt, ut ea Labe Pelagius Papa e nita abierit, Bonifacio quoque quarto sublato, innata simul tota Italia fame satorum primis radicibus putrefactis, Nec autumno, obtinente omnia Luto, aliud Samen terrę potuerit mandari. Adeo semper inundationis comes est fames, ac pestilentia.

Antecedēs causa ex Galeno à procatartica medicorum Introductorio constituta humorum abundantia ac mali succi, quorum Scaturigo quasi quædam à malæ affecto pullulet iecinore, aut à seipso, aut ab alio, uelut stomacho sibi chilum indebite pręparanti, aut splene, uel Renibus, non recte hunc ipsum mundificantibus, uel cerebro infectorum uerecundia catarri salsi nomine exsprorrhetici Gale-

ni Commentario tertio, à capite enim ad uentrem defluere poteſt, humor, ueluti & in fauces, Gutturque, & pulmonem, Thoracem, & ſeptum tranſuerſum, ac Lienem, Epar, & quoduis aliud, De locis ná que in homine Hippocrates, malaque præterea quæ muliebria dicuntur de locellis proficiſcuntur, qui malorum omnium his cauſa ſunt, ſiquidem quouis de naturali loco moti declinent, morbum eo deferunt, ſiue intro ceſſerint, ſiue foras exeant.

Coniuncta, ex prauo intus fiet ſucco ac uitioſis humoribus, uelut pituita craſſa, ſalſa, baurachia ſeu, aduſta, uel colera nigra uſta, aut flaua bili, aut infecto, corrupto, & aſſato ſanguine, nam ex colerico ac tenuciſſimo, fit ex Principe, & Galeno ad Glauconem, heriſipela, cum quo paulus Anthrax ex melancolico feruente ac craſſo atque malo malarum exiturarum ſpeties deterior ignis perſicus, & demum cũ ſit Epidemicus uniuerſis fiet humoribus atque omnibus inſimul permixtis, ut eum quibuſcunque etiam morbis cognationem habeat. Quorum acutiore, acoreue extra ad corporis ſuperficiem eunte aduritur cutis & exulceratur, crudus uero lentus & craſſus in artus propellitur ſeu figitur hiſque dolorem concitat, Tumoribus reſurgentibus tuberibus innaſcentibus nodi colliguntur, ſinuatur cutis, ſupra etiam caput infeſtatur, Et uniuerſa priſtina corporis conſtitutio alteratur, Ex Galeno enim de colera, nigra natura tentans ſemper ſanguinis mundificationem excernit quod prauum eſt aliquando ad uentrem & inteſtina, quandoque ad eam quæ foris

ſuper-

ſuperficiem, Quæ autem foris excernuntur ſubtilis inſenſibili tranſpiratione reſoluuntur, uel ſudore ſenſibilius, Craſſiora calida carbones efficiunt, non calida cancrum. Non tantum craſſa elephantiaſim, ad cuius tumorem præter naturam faciendum acerbiſſimi hi cauſantur dolores & excruciationes unitatem diſſoluentes, Ac cap.iiij. Apparent autem & aliter abſque febre plurimis puſtule ſecundum cutim facte exiccatam & ingroſſatam abundante melancolico humore ipſum expellente foras natura ex cuius eſt genere & elephantiaſis, Verbo quoque tertiæ partis. xxij. Mali humores de membris Nobilibus & principalibus ad cutim reducuntur unde excoriatur, & Alphi, & Lichene, ac puſtule naſcũtur, Alias, corpus mundificatur vlceroſis ruboribus, puſtulis, Arteticis, quorum omnium cauſa mutatio eſt humorum de membris Nobilibus ad ignobiliora, ita enim in morbis quarto med.meth. facere Natura ſolet cum corpus expurgat, omne excrementum ad cutim trudit, atque hanc quidem ulcerat. Ignem quoque perſicum idem cum pruna ac Milliari formica quãdoque, ex Principe, ſanguine Craſſo & melancolico gigni, quandoque colera melancoliæ per mixta, immo capite de formica, Neceſſe eſt illic eſſe ex melancolia & flegmate quæ admiſcentur coleræ, uelut ex ſolo flegmate coleræ fieri quandoque permixto confeſſus eſt Galenus, Pro uarijs itaque hominum compoſituris, alie quoque alijs puſtule eueniunt, quibuſdam atrabili, Quibuſdam flaua, Nonnulis pituita Salſa, uarianturque præterea ſu-

perfluitatum; mixtura ſuo colore dignoſcende, ut inter Epidemias dinumerari habeat, Quibus neque proprium Hippocrates Epidemiarum tertio conſimilem, & hunc fermè de tempeſta annoque peſtilenti enarrans morbum tantus doctrina uir impoſuit nomen, neque pro uario vlcerum, atque tumorum genere præterquam conſimilia deſcripſit. Cum autem de quacunque re ſumatur diſputatio debeat a definitione, ut ait Cicero, proficiſci, Idcirco ſi ex Galeno, & Principe raro ſimplices humores gignant puſtulas. Ex præmiſſis, Gallecus morbus eſt compoſitus ſeu Diabolicus varia humorum corruptione.

Gallecæ Luis Signa. *Cap. III.*

HAbet quippe morbus hic, ſi ex Galeno morbi tertio accidens ſequatur morbum, ſicut vmbra corpus, ſigna quinque ipſum ſemper, ſed non in ſimul. Quam breui enim ſubiectum interieret, & deſtrueretur, præterquam rarius concomitantia, ac ſubſtantialia.

Dolores, ſcilicet uehementiſſimi, ac atrociſſimi ſoli, uel capitis, frontis, nec modo iuncturarum, ſed artus extra quoq; omnes, aut aliorum ulla abſque differentia membrorum. Qui etſi modo intédátur à ſolis occaſu ad noctis medium humido noctis aucto tempore, ac a die calore reſoluto. Nigra quoque colera ab hora diei nona, ex Galeno de Dinamidibus, vſque in noctis tertiam, a qua vſque in

nonam flegmate Imperante, Huius ac binis epidemiæ causis, sanguine enim a nona noctis in tertiam diei, & ab hac ad nonam colera, omni augendi ratione, Magnum insuper cruciatum inferentes, & modo minuantur, cum periodici sint, non tamen ut podagra, & artetica, ueras intermissiones, & longas habent.

Tubera quoque, nodi, glandulæ, seu instar ossium schiroses, ut sæpenumero viderim his exeuntibus dolores minui, retrocedentibus autem augeri, tanta est inter ipsos morbos affinitas, & cõnexio, ex celso, ut supra, totum corpus inficitur, ac ossa quoq; corporis cruciari dicantur.

Pustulæ item sole. Quarto vlcera tantum, utraque mali moris, sæua, lepræ instar, fœda pro humoris prædominio, Sanguinea enim rubea, magna, Tumida sunt & eleuata, ac humida, colerica citrina cum pruritu & siccitate absque tumore deambulantia, Melancolica liuida ostracosa absque sanie praua, quandoque rariora, & cum meatuum angustia humoris tenacitate nulla, Flegmatica alba sine pruritu, expansa, latiora & mollia, baurachio, quandoque cum humore corrodentia, primumque uirorum, ac fœminarum pudenda, sedem, & obscænas partes, tum naturali humiditate, ex Galeno metho. med. quinto, tum quia excrementorum canales sua pte natura, occasione qualibet, Leuiue causa putrescere aptas, comprehendere, ut nonnulli putent cõtagium id non alio modo fieri, quàm coitu posse, licet quàm pluribus aliis modis fieri disseruimus,

multos nanq; pueros, ac puellas nup fœtas & infantes vidimus hoc torqueri malo innatis in oris angulis pustulis, dein frontetota, uel prius quandoq; naribus, pectine, ac præcipua facie, uniuerso capite serpunt, vel gutture, aut pectore quo asthma, uel intestinis vnde ventris fluxus, mox corpore toto occupato. Ex Galeno enim xxiij. tertij. Non modo in pudendis, sed in qualibet alia corporis parte putredines facit nimia aeris caliditas & humiditas, uelut epidemiarum secundo, & tertio ex Hippocrate, toto anno australi humido ac molli facto anni intemperatura superfluitatum herisipelata oris ulcera, gutturis passiones, pudendorum pustulas, ac exulcerationes, carbunculos, oculorum inflammationes, intus & extra tubercula multorum intuitus corrumpentia huic morbo similia. Nunc ostracosa, nunc cruda, nunc virulenta, nunc arida, nũc fœda, Quibusdam etiam morbi diuturnitate fixuræ serpiginosæ, ac manuum uolis, atque pedum plãtis squammæ Albæ, & quandoque aliis corporis partibus dure apparent absque humiditate, nonnullis exulceratur vesica, ideo summopere cauendum a mulieribus alba habentibus profluuia, Natura, quandoque, uel arte materiæ huius morbi residuum ad partes illas expellente, atque ad neruos Paralisis exoritur, aut spasmus.

Nonnullis quinto porrorum obstructione macies, & pallor quidam nullo reliquorum signorum præsente totum fermè corpus occupat.

Progno-

MOrbus lõgus, & difficilis malignitate occulta, a quo paucos diutius affectos, nam circa principia; ex hipp. omnia imbeciliora, hucuſq; neque perfecte curatos noui, fœdus, peſtilens, Horribilis, ſæuus, pluſquam lætifer, at nullo tormentorum leuior, ut ex Galeno de lapidis cura, quamplurimi mori magis uellent, quàm hunc uel pauco tempore perpeti, & quo plurimi effecti fuere leproſi, rebellis medicamentis inobediens, recidiua cita, uel tarda, ſi vero ad vltimam epatis deuenerint malignitatem, efficientur hydropici, materia autem pectus ledente Aſihmatici. Quidam Ethici, & phtiſici quidam: Verum, quoniam epatis emunctoria inguina ſunt, quibus expelluntur ſuperflua, malam in ipſo imprimentia qualitatem. Ideo horum Apoſtemata ſuppurata, ut quàm male agant, ex principe, medentes, qui repercutientibus ea Galleci ſuſpitione extinguere quærent, hac epidemia ſaltem in principio candidius liberant.

Sanandi modi, aut cura. *Cap. V.*

SI ex celſo, ſeruetur, ualetudo, dieta, pharmaco, vnctione, frictione, balneis, exercitio, vectatione, & clara lectione, huius morbi cura erit ſextuplex, euacuatio, aqua, aut vinum, aut fublematũ ligni indi. cinæ. ſarſæ. vnctio. cerotũ. ſuffumigiũ. præcipitatũ, & unaquæq; triplici, ex Galeno, inſtro.

Dieta primum instrumentum.

Sub qua non modo, cibus & potus, uerum non naturales sex res omnes comprehenduntur. Propterea dicebat Dietam, quam uiuendi regulam dicimus esse medicinam, aut medicæ artis partem.

Pocula, uinum licet corporis cõpagines soluat, neruos afficiat, eiusque uehemens sit in artus penetrandi uirtus, a quo etsi omnino abstinendum esse existiment nonnulli. Nihilominus, ex Galeno, de sequela potentiarum animę, auctore Theogio, si moderate bibatur digestioni distributũ sanguificatur, & nutritioni multum confert, & cum hoc animam nostram mansuefatiorem & audatiorem efficit, idcirco, uisu, & uirtute aquosum, subrubeum, uel albũ, dilutũ quidem, ac moderate sumptum, iuuabit, aqua, boragine, aut buglossa, ac simplici decocta.

Somnus Naturæ conueniens, ac consuetudini, ex Galeno, enim ad glauconem, consuetudo est secunda natura, nec meridianus, cum reumatismos, ex principe, & egritudines frigidas gignat, nisi ob dolores, aut aliud, nocte non dormierit, uel debili uirtute, aut sudoris reuocandi gratia, nec mane prolixus nimis.

Vigiliæ eligibiliores, cum morbus hic inanitione, ac extenuatione indigeat.

Exercitia, ac corporei motus, quanti quidem ad sanitatem boni sint, ex Galeno a philosophorum, ac optimis medicorum sufficienter dictum est, commensurata quidem, immensuritatem enim, ego ubique uitupero, nam si quid mensura caret, hoc

non est bonum.

Animi motio tantum potest, ex Galeno de parua sphera, ut multi præ sola letitia morbos euaserint, merore etiam plurimi egrotauerint, neque ulla est tam uehemens corporis passio, quæ animæ affectiones vincat, non igitur paruipendere oportet huius motiones, immo longe magis, quàm corporis motus obseruandæ.

Repletio vitanda omnis, ex Galeno de flobotomia, intemperatos vini potatores, & gulosos nullo iuuabis magisterio, pharmacãs, uel flobothomãs, acceruant enim cito humorum multitudinem intemperate dietati.

Aer elementum nostrorum corporum, & spirituum, ex principe secunda primi, de quo medicus solertiam maximam habere debet, continentis xij. & ij. terapentice, ad calidum, absque superfluo, & corruptibili humido, declinet, a frigore cauentes, ex Hippocrate, calidum quidem utile, & amicum, frigidum vero contrarium, & occidens, temperato itaque utantur semper, quo instrumento continuo anima fruitur.

Cibaria, cum crassa quædam, subtilia, ac media sint, hæc quidem & euchima eligenda. Bonum, purum, facilem, & temperatum gignentia succum, adustioni, ac humorum malitiei, & putredini resistẽtia, atque egro gratiora, ex Hippocrate, parum deterior cibus & potus delectabilior, uelut ex minuto tritico panis recens, bene fermentatus, mediocriter coctus, & parum, uel non salitus, carnes vitulinæ, he-

dine

dine, caſtrati, lepores iuuencule, capreoli, gallinæ, capponi, parui pulli, perdices, turture, faſi, turdi, prati, colis, ac nemorum aues aſſe, uel elixe cum prunis, & acreſte, oua ſorbilia, uel iure diſſoluta. Aquarum dulcium piſces, lutius, truta, carpio, ſarde, marinarum auratæ, ſcombri, barbo, anguiſigule, ſardones, ſardene, arbores, menule, aſſati. Fercula cum amigdalis far. Herbe meliſſa, ſpinacchia, borago, bugloſſa, bleta, petroſellium, endiuia, lupullus, cicorea, cappares inſaliti, menta. Aromata cinamomum. Nuclei amigdale, pinee, phiſtici, auellane recentes. Semina coriandrũ, aniſum. Fructus mirabalani oẽs, p̃cipue Kebuli, emblici reinuenaſcere facientes. uitę ac paradiſi poma, ſupremi. feniculus. vua matura appẽſa, pruna damaſcena, Auguſtana ceraſa muza, poma aurea, granata, paſſule. obſeruato tñ ſemper Hippocratis ſecundi uerbo decimo. Non pura corpora quantũcunque nutries magis ledes. Ideo, ex Galeno meth. med. quarto, corpus medicamento, quod ſemper purgat uacuatum, mox ſalubri uictu reficies.

Coitu, omni ui, Abſtinere nil utilius, Ne noua quędam membrorum debilitas inſurgeret. Etſi ſani cum infecto coierint, obſcœnas ante, ac poſtea partes, ut uirile membrum, ac uuluam uino calido ſimplici, aut aceto præſtantius colluant, Hac uel lotione. Recipe Roſarum rubearum, Saluiæ, Mirthillorum: Abſinthj añ. p.i. buliant uino, uel aceto, addita potentioribus aqua, a magna quippe coitus mora cauentes.

Chirur-

In magnis nanque egritudinibus ſiue pręſentibus Inchoātibus uel expectatis ſemper flobotomia expetenda, Maximum enim fit iuuamentum hoc auxilio laborantibus ſi quis eo congrue uſus fuerit de Flobotomia Galenus: Principaliſſima enim & maxima euacuatio eſt, ſi humores equaliter aucti fuerint, aut ſanguis ſolus de conſtitutione Artis Medica, Quique in hoc Morbo ſecundo ad glauconem illam ipſam commendat, ſi ſuperabundet tamē ſanguis, multis enim alias nocuit, Ideo facta unica euacuatione, à dextri lateris baſilica, uel communi ſanguis eijciatur: Pręterea minera huius Morbi cum ſit Epar & uene, Igitur ad uenarum apertionē harum, ac eius eductio fiat, Cogimur, his conditionibus, ætate Iuuentutis, ex Galeno de præſagio experientia confirmato i,n ætatibus ſupra quartumdecimum annum detractio facienda, ſicut intra annos ſexaginta, niſi ſi qua modo afflagitans nos ingens urgens urgeat neceſſitas, complexione calida cum uenarum amplitudine, ægritudine timoroſa, ſanguinis malitia cum uirtutis robore, non tantum uſque ad ſincopim, ſi Galenus, qui tam audaci remedio adſtipulatur, non niſi in tribus diſpoſitionibus uſque ad animi defectum ſanguinem detrahat, in magnis ſcilicet flegmonibus, ardentiſſimis febribus, aut doloribus uehementiſſimis, quarum nulla adeſt in eo de quo diſſeruimus morbo.

Ventoſe partes cutaneas mundificantes ſubtiliorem magis extrahentes ſanguinem, ac debilitantes

tantes minus infectionibus cutaneis conuenientiores flobotomiæ uicariæ nihilominus semper concisæ. Sicut.

Sanguisugarum super emorroidas uel alia loca positio uentosis profundior applicari quoque, opportunæ pro necessitate cutaneis læsionibus sæpissime poterunt.

Medicina tertium Instrumentum.

Primus Sanandi Modus, Euacuatio. Cap. VI.

CVm, ex Hippocrate de sacro morbo. Nihil sit quod tempore, medicamentisque non tollatur, Medicabile non minus erit Malus Gallecus quàm cætera mala, tametsi ualidior quàm medicamenta quæ porriguntur. Nihilque Ambiguũ quod medicina non tollat, plurima tamen medicinam non habent, quoniam causæ quibus gignuntur Latent, Nam quod morbum nutrit, quod afficit, quod tollit, quæ medicus noscat oportet. Sique hostium ferocitas sępe melius cunctando, quàm pugnando uincatur, Tutius esse duxi huiusmodi Morbos protrahere, lenire, leuibusque medicamentis tractare quàm curare exquisitissime, quoniam Morbus hic per paucos interimit. Ideo nunquam eos probauerim, qui hunc uehementibus primo curauerint, uelut atramento, calcanto, Aqua forti, Arsenico, chalcitide, flore eris, Argento uiuo, ac similibus, Nam, tum ratione, tum experimento, de Morbis curandis ex Galeno, contra Thessalum, statutum est, totum

prius

prius corpus à superuacuis liberetur, tum calidum aliquod acre ac ustiuum Medicamentum promouere audendum. Cum quosdam uiderim hoc modo curatos uel perijsse, aut multo grauius ac diutius à morbo infectatos, Est enim prauæ naturæ morbus, quem aut non tangere, aut leuibus quàm ualentioribus tractare medicamentis satius sit. Nam curando deteriora quædam fieri, quæ Melius non tetigisse fuerat, ex Curatis enim cancris uelocius interire homines uoluit Hippocrates.

Sique digesta medicari & mouere non cruda oportet, Concoquatur prius, & expulsioni paretur, ac materia illa uiroso digeratur cum decocto in quo ebullierit pro humoris peccantis excessu Fumusterræ, Capillus Veneris, Betonica, Buglossa, Borago, Iua, Sticados, Calendula, ipsarum flores, hordeum mundum, Passulæ, Lupullus, quoruncunque Membrorum ac Morborum propria Aqua communi, aut harum stillationibus præstantius, solis quidem non tanti roboris ac ualoris ignis feruore dilapsi, Addito syrupo de Capillis Veneris, de fumoterræ, de Epithimo, de stichados Capitis dolore uel iuncturarum materia crassa, aut melle rosato collato, Materia autem subtili, Syrupo de Endiuia, de Lupullis, Genehabin Zucarini, aut cum decoctione Epithimi Mesue, uel Sene aqua lactis decocto, aut rectius.

Hac nostra decoctione & proprijs Syrupis, pro humorum elatione prudentius alteranda, neque quia solutiua quorundam Iuniorum sententia, si ua-

lentissi-

lentiſſimo, ac eradicabili parum medicemur morbo, ulla ratione uitanda, Præterea Minoratiui, quo etiam in principio uti potuiſſemus ueluti Caſſia, Manna, ellectuario lentiuo, Diaſene, Syrupo roſato ſolutiuo, ac ſimilibus, uirtutem exercente, neque deſiſtente ab optima concoctione, qua, & quandoque ſola innumerabiles fere perfectius ſanauimus, Recipe foliculorum ſene. m. i. Polipodij, Thimi, Epithimi, Capillorum Ven. añ. m. ꝭ. corticum mirabalanorum Indorum, Kebulorum, Citrinorum, Salis gemmæ, Ellebori nigri añ. ʒ. i. Florum camomillæ, Meliloti, Bugloſſæ, boraginis añ. ʒ. ꝭ. Paſſularum. p. i. liquiritiæ Raſæ ʒ. iiij. Prunorum: Sebeſten añ. nume. xj. Tamarindorum unc. ꝭ. Cinnamomi, Zingiberis añ. ℈. ꝭ. bulliant infuſa, uel ſolum contuſa in aquis fumiterræ, Capillorum Ven. lactis, ac ſimilibus unica ebulitione: Recipe Decoctionis præfatæ fortius expreſſæ. ℥. iij. ſyrupi, de Epithimo, de fumo terræ, de Lupulis añ. ℥. ꝭ. miſce decocto addendo quandoque agaricum ſimplicem, uel Turbith, aut colloquintidam, Endiuiam, Callitricum, Politricũ. Poma acria confracta, Vinum Granatorum, & ſuperiorum Succos, ac alia, cum ſuis correctiuis ad proprios decoquendos. ac abſumẽdos ſuccos: Vel Hoc ſolo ſyrupo pro delicatioribus expertiſſimo, ac pharmaca abhorrentibus. Recipe Radicum Acori, ſticados, Camepiteos, Camedreos, Paſſularum, ſebeſten, añ. ℥. ꝭ. Florum camomillæ: Boraginis: Bugloſſæ: Radicum utriuſque añ. m. i. Epithimi: Polipodij: Ellebori nigri añ. ʒ. vj. Bulliant Aqua com-

muni,

muni, uel proprijs, additis ac diminutis conuenientibus simplicibus ad tertiæ partis consumptionem, Et cum zucari, ℔.i.ſ.fiat. Dosis est. ℥.ij. diebus. xv. aurora potate.

Euacuentur Dein humores simul & sanguis prout unusquisque inualuerit magis, Ne mali Sutoris more eodem calceo pedes omnes Induere laboraremus, Nam plenis uenis multus eijciatur sanguis, & purificetur cassia, Manna, ac Tamarindis, Flauam bilem redundantem conuenienti ducito pharmaco, Atram similiter, salsam quoque pituitā, ac quascunque alias corporis superfluitates proprijs medicamentis expurgato. superioribus quidem, ac mirabulanis Emblicis, Rhabarbaro, Terebintho auellanæ magnitudine mane deglutito, sanguinis uitia emendante, uentrem emolliente, ac iuuante stomachum, neruis medenti, atque artus uniuersos confirmanti, fortioribus uero succo ellacterij probatissimo, quo solo qui pocula abhorrent quamplurimi perfecte saluti restituti sunt: Compositis, diapruno utroque, ac de sebesten Electuario, Indo, rosato mes. de succo rosarum neruorum doloribus ac iuncturarum præsentaneo pestiferi morbi remedio, confectione hamech ualidissimi roboris, pillalis, de fumoterræ, de Lazuli, ac Armeni lapide, aggregatiuis, de hermodactylis utrisque, aureis, indis, fętidis iuncturis, musculis, ac neruis conferentibus, puluere quodam magistrali uulgo.

Hermodactilata pro pauperibus, hoc confecta modo: Recipe Turbith gummosi, hermodactilorū

alborum:

alborum : an̄. ʒ.ij. Diagridi.j.℈.v zingiberis.℈.ij. masticis.℈.i.zucari fini. ʒ.iiij. misce, Dosis est usque ad. ʒ.ij. Fiunt quoque forma solida sic Rotule uel

Morselli maximo secreto habiti: Recipe Diadraganti, succi Citoniorum an̄. ℥.ij. Mucilaginis seminis, carthami: Hermodactilorum, zingiberis, Bdellij. an̄. ℥. 5. Diagridij. ʒ.iij. Mannæ Masticinæ, succi rosarum purit Turbith pummosi an̄.℥.i. zuccari fini ℥. xvi. capiat mane, uel sero, ac pro morbi diuersitate, etsi vesperi semper doloris aduentu sumenda putet pharmaca Noetericus quidam existimans hos semper sero tantum exordiri, ualentius enim, ac moleste minus materia pharmaco educitur quando a natura mouetur: Habent nihilominus capite tertio, quicunque sua tempora succi: Luna existēte in membri dolentis signo: Dosis est.℥. 5. usque ad ʒ. vij. Cum autem morbus cronicus sit nequaquam seruans materiam ad unicam creticam seu eradicatiuam expulsionem: idcirco paulatim digesta euacuetur, alternatim concoctiua, & euacuātia porrigentes pharmaca.

Vomitus facta aliquali digestione cum diuertat, ac euacuet: Doloribus, ulceribus, ac pustulis, ratione magis antecedentis, quam materię coniunctæ conueniet.

Post euacuationem demum ualet theriaca, mitridatum, rosa, huius zucarum, ac superiorum omnium condita, uelut Mirabalani Indi, Emblici, Kebuli, Buglossa, ac cætera, reliquaque, omnia, quæ in epidemicis conferre dicuntur.

Secundus

Secundus Sanandi Modus.

De ligno sancto, ac Regio, an autem a Priscis cognitum quæritur. Cap. VII.

QVamquam magna gloria Hiſpanis danda, qui tempore Ferdinandi Aragoniæ Hiſpaniarũ Regis, ac Iſabellæ ad inſulas Oceani, ac Indiæ noui mundi (velut ferunt) Occidentales Lucatan: Diui Ioannis: ſanctæ Crucis: ac Hiſpaniolam, ſeu Offiram, poſt cancri tropicum Boreales, ad cuius beatam vrbem, & auream, ac Iſabellam, atque ſancti Dominici Mollem. Poſtea ad Caſtiliam nouam, citra equinoctialem vulgo Peru Auſtrales antipodas, ac Andropophagos, ex Plinio, nec noſtrum: ſed alterum tantum videntes polum, adnauigantes, ubi morbus galleco fere conſimilis, licet eius nominis, aiant: Morbi nullam unquam accolas memoriam habuiſſe, ſemper aderat. His enim fermè accidit epidemicus morbus, ſicut noſtris Variolæ, atq; hoc ſolo medicamento, veluti nos aqua lentis a feminis, conualeſcunt omnes: Exiſtimantes, itaque Indi Hiſpanorum quoſdam forte vlceribus, puſtulis, ac reliquis infectos conſimili torqueri morbo, eis manifeſtarunt arborem, cuius ederent fructus, qui ventre ſoluti ſanabantur, aut lignum, fructuum inopia uulgo ab inſularibus Guaycan, à Gallecis forſan tranſmutatis litteris, quod aqua decoquerent, quam biberent, & ea lauarentur, unde breui temporis ſpatio ſanati Ferdinando

retulerunt, & Isabellæ, qui experimento pluribus comprobato: Imperant nullum nauigium, absque ligni huius imposita, quantitate a præfatis insulis reuerti: Quo ac eius aquæ usu quibuscunque Hispaniæ partibus, ac Xenodocheis distributo, anno 1508. Innumerabiles conualuerunt: Itali postea anno 1517. Hac ipsa uti cepere, unicum contra morbum hunc, ac plures ægritudines præsentaneum remedium: Nihilominus censeo, ex Hippocrate de prisca medicina, priscos eadem cibaria, pocula, pharmacaque habuisse, quibus nunc utimur: Nã, ex Dioscoride capite 131. de Hebeno Ethiopica, altera est indica internatis segmentis candidantibus; & modice fuluis: Item frequentibus maculis vario colore, caliginem oculorum absterget. ad veteres destillationes, pustulas mirumimmodum pollet: Antiqua autem translatione ulceribus oculorum vtilitatem faciens, uirtus est ei etiam purgatoria, & ideo caligines oculorum, & reumatismum deterit, ac prohibet ex tritatura, & limatura eius in uino, uel aqua per diem & noctem infusa, faciunt collyria, comburitur in cacabo, quamdiu cinis fiat, qui puluis facit ad siccitatem oculorum. Galenus quoque sexto de simplicium facultatibus cap. 118. Ebanus lignum est ex rebus, quæ fricantur cum aliquo, & sicut lapis per confricationem dissoluitur, eius virtus calefactiua, subtilis, mundificatiua, ut certificentur multi mundificare materias defluentes ad illos, & ad Bothor, quæ fiunt in oculis admodum vesicarum: Idem ad paternianum, Ebanum genur

ligni

ligni quodam in Ethiopia, aliud in Iudia, quod ali qua in se abiicientia habet subruffa, uires autem ha bet ad gustum acres, & aliquatenus stipticas, unde scobes illius in collyriis miscentur & ad uulnera Po litema. Ex Serapione etiam libro agg. capite Ebus, authore Dioscoride, eius sunt due speties. s.absi, & Inda, absi est lignum nigrum, & reliqua, in Indo non sunt lineationes albe, & est coloris subruffi, & omnes eius speties, cum franguntur sunt dure in fractura. Quo Georgicorum secundo Vergilius, sola India nigrum fert Ebenum: Auicenna itē cap. 230. de Ebano 2. Canone, in Ebani sapore est mor-dicatio, & super carbones odoratur: odor bonus, acutus, calidus, & siccus in 2. & existimant quidam, quod ipsa cum caliditate extinguit sanguinis caliditatem, fricatur in aqua, sicut plures lapidum, & est subtiliatiua, & abstersiua, abstergit pannum oculi, & albuginem, ex ipsius fricatione fiunt collyria, & alcophol, & eius serratura adusta, quæ abluta confert vlceribus antiquis, obthalmię, & scabiei oculi, frangit lapidem in renibus, & uentris inflationem resoluit, an autem Karon sit, ex Principe, hoc lignum indum fracturis, tortionibus, ac dislocationibus conferens. Aut Hestedeen lignū indum notum podagræ iuuamentum forte, si omne lignum, ex philosopho metheororum quarto capit. 42. Aqua natet, nec sideat, præter ebanum, & ex nouo tantum mundo, neque ex Taprobana insula, & reliqua transferatur India: cum ex prouintiis, tam diuersis, distantibus, ac oppositis, atque etiam,

ex Callicut annis singulis naues innumere ligno Indiæ plenius onerate recedant, iam palàm, ebani speciem lignum indum esse, maaifestum est.

De ligno Indiæ. Cap. VIII.

Lignum Indiæ igitur, uel sanctum, aut beatũ, uerius a Iesu beuedictum, cuius beneficio Deo tantum debemus, quanto huius benignitas latior, ac epidemici morbi pœna tristior, salutiferum, & aureum, omnium medicinarum melior, sublimior, ac supra reliquas fidutię iuuamentorum, absque nocumento, & quocunque excessu ledente: Quod omni ætati, pueris, prægnantibus, ac senioribus exhibere præsumimus: Arbor Taprobana Insula, & uniuersa fermè India, Oceani tamen Insulis occidentalibus propior Lucatan, ac Hispaniola, folijs expoliata nuuquam ad instar, ac fraxini proceritatem, humani corporis quantitate grossior, folia arbuti, idest arboris habens rotundiora, ac latiora venis plantagini similia, ad castanearum formam colore aureo fructum solutiuum fetat.

Eligitur beatum, beatam penes urbem, uel ex Lucatan translatum, ubi auri minere multe propiores, ac montes salutiferi, quibus uim, & optimam suscipit proprietatem, uel alibi, recentius antiquiore, ac ab ortu uetere, temporeque exiccato nimis, neaquæ super natet, nouum, uel uiride, absque tarmarum alteratione, ac vermium corruptione, grossum, calida si locis nascatur humidioribus, & Palludosis:

ludoſis : ſiccioribus uero ſubtile collibus, ac montibus frigida dicraſia : Nodoſum, Gumoſum, abſque fixuris ſolidum. maxime pingue, ac pondere validum, eius enim ſenecta leuitas & macredo eſt, odore bonum, cortice cineritio, herenti multum, ac contiguo, nigerrimo latiore meditullio : reliquo aureo, uel citrino : Dominicum, poſt illud caſtrũ beatæ, ubi proximum, ultimum Iſabellæ mulierũ reuerentia, ut eſt fœminarum imbecillitas.

Laudant verificatores perfectum lignum proprietatibus quinqne.

Colore aureo omnibus ſuis partibus, neque una, quàm altera magis, prȩter medullam latius nigrã, ac corticem cineritium, completo citrino uel buxeo. Quodque ab aqua poſt ebulitionem abſtractum, neque veluti aliorum lignorum ſpeties uiride effectum proprium retineat colorem.

Cortice haud ita denſo, ſed immodice duro non adeo in morbis uirtute prȩſtanti, ut quamplurimum errent emperici qui.

Vinum primum ex cortice uncis, 4. Aquæ decocto præbulitis, tãtundem vini poſtea albi permixto confecerint.

Odore non inſuaui, reſinaceum, quid reſpirans, cum inflammatur, tam aquaͤ elixatum, quàm igni ſuperpoſitum : ſuauius nouius reſciſſum.

Sapore neque ingrato, quibuſdam potius iucundo, aliquantiſper, neque manifeſte amaro multũ.

Pondere grauiſſimum, ut eius portio licet minima grauitate, ac ſoliditate, nec aqua fluitet, uerũ

continuo fundum petat, ac submergatur.

substantia densum, vt minime hiet, neque rimas trahat: Duritie robur omne superans: vt vix secabile, pingue, & id melius, ac humidius.

Complexio, & proprietas, ex principe, qui solus, hoc graduauit calidum, & siccum in secundo: Ac ex Galeno de simplicium facultatibus, cum semper corpori occurrens calefaciat, vel lignum per se ore retentnm, uel decoctum bibitum, aut ex eo membrum Lotum, sapore hoc comprobante amaro, ut substantia, id sibi dante, sit calida compositum, ipsum efficiente calefactiuum, exiccatiuum, consumptiuum, a putrefactione præseruatiuum, subtiliatiuum, aperitiuum opilationum, rarefactiuũ: maturatiuum: digestiuum: abstersiuum: resolutiuum: uentositatum carminatiuum: sudoris prouocatiuum: diureticum: mundificatiuum: solutiuum naturæ.

Pulueris eius ʒ. iiij. potatis: Terrea autem stiptica substantia membrorum confortatiuum: laxarum partium aggregatiuum, uentris quoque restrictiuũ, sudore saltem emisso, ac vrina multa, uel cum stipticis sumptum, seu

Torrefactum, ut sic quibuscunque competat fluxibus, ab humiditate parte aquea non liberum, si experimentatores id serratum intra digitos cõstringentes vna perstans, neque ad se inuicem dissolutũ maiori particeps glutinæ præstantius asserant.

Posse sanguinem mundificat, membra confortat, & rectificat omnia: debilibus addit: ac proprias

illorum

illorum virtutes restituit, impinguat : & cum plurimum possit qualitate manifesta in materiam a prę dominio frigidam, & humidam : consequenter morbis quibuscunque pituoitosis confert, uelut cephaleæ, seu emicraneæ, immodicæ Vigiliæ : intellectus perturbationi : defectui, ac amissioni memoriæ, melancoliæ : vertigini : Epilepsiæ: Paralisi, facto ex ipsomet.

Balneo, & radicibus alteæ: Acori : Peoniæ : Brioniæ, Cucumeris asinini: liliorum bulbis : semine lini : fenugræci : baccis lauri, camomilla : Melliloto, saluia, sticados, intestinis arietis pinguioribus, consimilibusve ante cœnam, ac paralitico.

suffumigato membro, dialtea demum inuncto : oleo sisamino : amigdalarum dulcium : liliorum, yreos, ac huiuscemodi, canappique conuoluto : electuario ex gemmis, cum aromatibus vorato, vel similibus. spasmo seu contractioni.

Cataplasmate apposito, ex ligni puluere horis duabus aquæ præbullito additis corticibus radicũ altee, acoro, brionia, enulla campana, ac propriis denuo insimul feruescentibus, & lapideo mortario contusis, fluxibus lachrimarum immodicis, audituі obtuso; polipo, cæterisve narium ulceribus, aqua ligni prima ablutis instro iniecta aliquo, ac

Fomentatis, linguæ spasmo, ac ranulæ, gingiuarum, imbecillitati, reumati, ulceribus, ac dentibus commotis, dispnæ, phthisi, tabifico corpori præbullito in aqua hordei ligno, appetitiui deiecto, intestinorum, viscerum, & vteri profluuijs,

ac cancro mamillarum, & cuiuſcunque membri in iecta, aqua calida, ac applicita exterius. Herniæ foris appoſito, vt ſupra cataplaſmate, addito in fine armoniaco, bdelio, ſerapino, mucilagine alteæ, fenugræco, ſemine lini, elephantiæ, varicibus, iun cturarum doloribus, podagræ, iſchyadicæ, artericæ, ſuperiori addito emplaſtro, iunctisve ermodactilis, ſimilibuſque, facta prius euacuatione, ne principio materiæ ad locum attractæ morbi coniun ctam adaugeant cauſam, ſcrophulis, glandulis, nodis, duritiebus, capiti humido,

Aqua etiam Ligni abluto, uel Ducia percuſſo, Catarro, Stomacho flegmate plurimo lęſo, ac timpaniti, uitia corrigit Epatis, & ſplenis, uelut hydropijſim, a Kitim, & Hipoſarcham, ac Tumores omnes, renes breui & Veſicam purgat, ſi ſuo, ut infra utentur ellectuario, Lapidem frangit, & calculoſis, horumue ulceribus ſingulariter prodeſt, Doloribus, ac reliquis neruoruui, aliarumque particularum Morbis, ac membris læſis à frigido cæ teris, A propria autem forma, ſeu uirtute, ut aiunt ſpecifica, occulte, ſecundo, ac poſterius ſingulari ue rumenimuero prærogatiua, in Epidemicæ ac diabolicæ qualitatis diſpoſitionem, nam tubera, uulgo gummas reſoluit, & ad exituram peruenientia maturat, aperit, Digerit, mundificat, cicatrizat, Harumque, & puſtularum exiccatarum ex eo per ſe cadentium ueſtigia remouet, ulcera, & oſſium corruptionem rectificat, abſcindit, & deſtruit, Vulnera conſolidat, dolores quoſcunque ſanat, neruos con-

tractos

tractos, & exiccatos mollificat, infrigidatos, & ab hoc morbo ſtupidos calefacit, Maraſmatos impinguat, Maleque olentia os, & corpora bonum redolent odorem, Aſthma, & prauos Squinantes reſoluit Leproſis, ac cutaneis quibuſcunque infectionibus, fiſtulis, ulceribus omnibuſque prauiſſimis mirumimmodum prodeſt, ac ea ſanat, Cerebri tandẽ, & quorumcunque aliorum Membrorum uitia aufert, Et, vt vno cuncta perſtringam uerbo, Sinthomata omnia, & accidentia quæcunque à Malo egrediẽtia Epidemico ſeu Galleca paulatim ſanat, & tollit.

Aqua Ligni, ſeu Decoctum ſero lactis ſimile urina mouet, Sudore, ac ſeceſſu, licet rarius, ſenſibiliter, quandoque uapore inſenſibili, Quo hanc potantes aerem frigidum conſtipantem obſtringentem ac ſuperioribus operationibus aduerſum quocunque tempore ac frigiditore caueant magis, Epatiquoque calido non nocet, nec ſtomacho, aut pectori non multum à temperie elleuato, eo maxime aqua decocto, qua ligni contunditur calor. Equo itaque modo, neque ſimili fienda, ubi enim præualet colera maiori aquæ quantitate, Minori ubi ſanguis, Parua ubi Atrabilis, Minima ubi pituita, ut quandoque

Vino ſecundo pro Delicatioribus, neque id ipſum dimittere uolentibus, ex Dioſcoride, ac Membrorum, uel morborum diuerſitate, Aquis quoque ſtillatis, Simplicibus, membris ac Morbis quibuſcũque proprijs, ac Cardo, quamplurimum benedicto in fine, vel conſimilibus, Velut Hydropiſi, ex Princi

pe.

pe. xiij. tertij. Nedum à potu uerum ab Aquæ uiſu quantum poſſibile prohibende, Icteritiæ, ac Lienis Tumoribus, Aut Huiuſcemodi ebulliat, Hoc fiendo pacto, addito Vini albi, ætatis mediæ, omnia fugientis uitia, ſubtilis, clari, ex Principe, calefactis cō ferentis, Nec propter ea capitis efficientis dolorem, Si, ex Galeno interiorum quinto, Vinum Album, & ponticum ſtomachum confortet, & caput minime ledat, coleram nigram calore ac humido temperans, ex Auerroe ſexto colliget, a tota ſpecie melancolicis reſiſtens, neque calefactis officiens, urinam prouocans, qua rubeam eijcit coleram, colore lucido, ac puro, odore ſuaui, guſtu nec ſtiptico, neque amaro, nec dulci. Frigidioribus autem morbis, prauis, ac diuturnis obſtructionibus, antiquiori pollentiori inciſione ac penetratione tantundem, Atque Limaturæ ligni dimidium Aquæ decocto: neglecto: uelut ſupra ratione quacunque diſſeruimus: cortice: calido: factaque mixtura: nec aliter ferueant die naturali inſuſione confecta collaturā pro Syrupo conſeruato: ac pro Prandij & Cenæ potu Medijs ue temporibus: Quibus ſi abhorreat Alembico decoctum.

Stillatum Vini partibus commiſceatur equalibus, Aut ſecundam Aquam Pauperes Vino permiſceant, à reliquis liquoribus penitus continentes, ſi innata uini calore excitetur caliditas: Digeſtio celerior ac efficiatur uelocior Penetratio, humiditatibus reſiſtenti. Nam, ex Abinzoar, nec cibus nec Medicina uino priuetur unquā. Quo Meſues Rha-

barbarum

barbarum uino mollit Delectabiliori, ex Galeno de experimentis, pharmaco effecto naturæ amico magis, utpote penetrabiliori, ſpiritus uiuificante, imbecillem confortante uirtutem, Appetitum deiectum & Ventriculum egre concoquentem, & auidius recepto. Dioſcorides enim quem mirumimmodum extollit Galenus. De medicinali materia Librum quintum plurimis, ac infinitis pene Vinorum ex diuerſis ſemplicibus, ac rebus alijs repletū edidit, Relicto Principe ſecundo Canonis ex ypericon, & ex Camedreo Vina conſtituente, ac reliquis neotericis, Cuius præſentia putrefactioni cuicunque extrinſece reſiſtitur, ac eius præſidio ſudandi moleſtiam perpeti non coguntur ullo abſque incōmodo ad ſua peragenda negocia aeri tutius ſe exponentes Egri. Verumenim ſatius flegmaticæ, ac melancolicæ temperaturæ, frigidis, inueteratis ue Morbis, ætatibus, Regionibus, temporibus, conſuetudinibus ac magis conueniet. Non autem Colericis, ac ſanguineis, calido Epati, conſimili tempori, ætati, ac Regioni, Ni Vinum proportionali conuenientiue permixtione rectius, ut ſupra confeceris, nam uentriculo imbecilli Vini parti uni, Aquæ decocti partes quinque admiſceto, idemque recenti Morbo, ut pro opportunitate ethereogeneoque præternaturalium Diſpoſitionum genere decocti Aquæ ac Vini miſturam uariato. Vinum quoque aluo ducet, ſi Aqua decoxeris Pruna damaſcena decem, foniculorum ſene; ac Polipodij, vtriuſque unciam mediam, vel conſimilia, Cuius potu epate calefacto

nimis,

nimis, Basilica, uel Emorroydibus sanguinem in fine curæ eijcito. Tubera, Nodi, Dolores, ac Membra affecta eo.

Epithimentur assidue. Et tunc carne mane ac vesperi uesceris.

Epidemici quoque cum toti corporis Marasmo, ac absque.

Galleci opillati, Carne consumpti, senij ethica laborantes, Pulsu calorem in manum supra ipsum morantem successiue nequaquam imprimente, neque a cibo duabus horis, uel circa uniuersali calore, uelut Febri accidit Ethicæ, suscitato, maiori aquæ simplicis, uel hordei portione addita ratione omni Aquæ Decoctum potabunt, & inde pinguescent: Exhibitis nihilominus boni alimenti, pauci superflui cibarijs restaurantibus, ac humidum naturalem augentibus, Bibito insuper uino hoc ipsum restaurante, ac humectante, attenta in quibuscunque consuetudine, ac corporis robore.

Lignum quoque pluribus alijs exhibetur modis, utpote.

Puluere subtilissimo setone cribellato, ut sup. uel admodum.

Boli exhibitis. ʒ. iiij. pro uice cum syrupis proprijs ad humorum diuersitatem confectis, uel.

Pillularum instar cum præfatis. ʒ. iij, tam mane, quam sero,

Aut. Confectionis, seu

Ellectuarij more, uelut cum passulis lignum pro pectore, pro Renibus cum Agrimonia, quæ est verum

rum

rum Eupatorium, ſyrupo de duabus radicibus, uel melle, & cum appropriatis ad reliqua membra uiridius: Doſſis eſt. ℥. ſ. uſque ad. ℥. i. aſſumente ad ſudoris eiectionem recte cooperto. aut

Flores, uel teneri arboris

Surculli zucaro conditi, aut horum ſuccis

Syrupi effecti: Alijs quoque ad placitum ingenijs, ut ex ligno

Stillata quoque alembico Aqua licet admodum debilis propinari valeat.

VInum item fit Indicum Aliter, ac Tertio, Ligni prelimati, uel teſſeratim conciſi uncias. xiij. uindemiarum tempore eum uuis pro colati vini vel depurati quarta addita ſeu ad placitum pro Morborum condictione Aqua diebus xv. ad bulliendum poſiti, quo poto multos ſanatos cõperies:

Oleum ligno fruſtatim inciſo uaſe nouo fictili operculo punctim pertuſo cum recipienti ſuo igne feruenti fit ad Papulas, Exulcerationes, Tubera, Iunctūrarum, Neruorum, & aliarum particularum Dolores mirifice conferens.

Aqua autem oleo ſubſidens decoctionis loco cũ ſyrupis proprijs ſummopere prodeſt.

Gummi ab accenſo profluit ligno ſubnigrum ſtatim decidens perdurum, Vlceribus ſi copia haberi poſſet, & ab arbore ſciſſa velut Maſtix, Balſamus, ac aliud Gummi recolligeretur, quamplurimum proficuunt. Atque ueneni ac Vnctionis ex argento uiuo: ſuffumigij ex cinabaro, ſicut percipitato: ut infra diſſeremus, mirum immodum correctiuum, quo lãguores delerentur plurimi.

REcipe Ligni ferrea lima raſpati, uel ſerrati, aut cultro fruſtatim ſciſſi. ℥. 18. Infuſſi horis, xxiiij. in aquæ electæ Dulcis & limpidæ libris xij. uaſe uitreo uel tetreo uitreato nouo conſimili coo-perculo, Addunt quidam, ut delectabilior fiat, mellis. ℥. vi. Sandalos nonnulli, sene, & alia, licet abſq; illis, reliquisue. Quæ miſcentur Morborum, Temporum, Etatis, ac temperamenti diuerſitate, ſit laudabilior, poſtea lento igne uaſe cooperto, ne.

Spuma exeat, nequaquam ſua ualentiori virtute dimouenda, cuius maximus ualor eſt, & facultas: Nam vlcera, Tumores, Dolores, & Puſtulas calida bis, aut ter die etiam appoſita ſola, ac cum terbentina, & oleo ypericon.

Vnguento redacta, ſanat, Ad duarum tertiarum conſumptionem buliat.

Vel uaſe decoquatur duplici, ex Gal. viij. meth. medend. uitreo ſcilicet cum infuſione intra æneum aqua paleis plenum, quia ſi aliter calefiant olea, eorum corrumpitur uirtus, calide temperiei, colericis, & ſanguineis præſtantior: Dein Decoctum infrigidatum diligentius colatum in aliud uas conſimile transfundantur, & uſui reſeruetur.

Poſtea Aquæ tantundem ligno decocto buliat Pro ſecunda Aqua ad tertiæ partis conſumptionem, etſi tuum ſit pro diuerſorum humorum prædominio, Egrorum natura, ac morborum diſſimili tudine, Lignum, & Aquam modo addere, ac quan-

doque

doque diminuere, ut. vij. quandoque.x. aliquando libre. xij. quandoque, ac. xiiij. ſint ad unum ſanandum neceſſarie, Ligni etſi portio maior efficatiorem Aquam reddet. Primæ autem Aquæ tepidæ Sole, nam cum bolo armeno, ac alijs, ut ſupra, primaria auferetur uirtus, ieiuno ſtomacho mane in aurora ℥. vi. uel plures, quanto enim plus bibetur præſtantius erit, ad ægroti tollerantiam potato, ante cenam quoque. Sed poſt cibum in cerebri Morbis, duabus horis bibatur ſimiliter: Secunda uini loco in cibationibus frigida: Intermedijs uero potetur calida, qua oculi, & facies ad libitum Colluantur.

Preparatio ante Aquæ Potum. *Cap. X.*

SEcundum uarias peccantium humorum diſpoſitiones, euaeuatio completa neceſſaria erit: Minoratiuo imprimis, Digeſtiuis, ac Eradicatiuo: Succeſſiue item eijcientes ſanguinem ſi oporteat, Dieta ſuperiori, ac reliquis infra differendis, Rationabilis enim, ac ſemper Sanctus Canon quacunque cura diligentiſſime obſeruandus, Diuretica exhibere corpore plectorico, & à communioribus immundo ſuperfluis, irrationabile: Mane Dein ſequenti Aquam potet, duabus horis obdormiens pannis coopertus decenter, ſi ſudet calido linteolo abſtergatur. Mane enim ac ſero frictiones utiliſſime, ante cibum lente incedat, ſingulo die. iij, horis cum amicis letus, ac bona ſpe, ioco, ac fabulis, ſpatietur.

Dein

Dein post assumptam Aquam. v. vel. vi. horis prandeat. Completa autem digestione. vij. uel octaua hora à prandio alteram bibat usque ad. xl. perseuerans dies, ac plures, si maior fuerit ac morbus deterior, pannis uallatus sudans ueluti mane, nihil tamen sero comedens. Verum, ex Hippocrate primi. xvij. Quibus semel, aut bis, aut amplius, aut minus. Dandum vero est aliquid & tempori, & Regioni, etati, & consuetudini: Die vero. xv. uel prius pro superfluitatum copia mane leuem potet medicinam, uidelicet Syr. nostrum cum decoctione, Pillulas, uel Alia Cap. vi. eligenda. Si vero assumptione Aquæ xx. diebus non sudauerit, Latere calefacto albo uino asperso ac pedum plantis supposito, uel summo mane singulo die quousque sudet Balneo submerga ut Decoctionis Aquæ communis, Camomillæ, Melliloti, Aneti, Ysopi sicce, talibusue, egressus primam potato Aquam, & pannis calidis absterso corpore optime lecto circumtegatur calefacto. Post. xl. dies, ut longiori dieta, ac abstinentia Humores colerici effecti facilius exeant, capiat Mitridati, uel Myrrhę simplicis, salis ʒ. j. seu Theriaci pluries, quãuis Ellectuarium Ligni his diebus assumptum perpetuam sanitatem efficiãt. Et gummas licet maturas corrumpi non permittãt, Bibat ouum sorbile, uinum limphatum aqua simplici cocta, uel cum re stomachi confortatiua, uelut coriandris. Aucta paulatim dieta usque ad naturalem usum, quoniã, ex Philosopho. Natura mutationes repentinas non tollerat, & ex Hippocrate, secundum multum, & re

pente

pente euacuare, aut replere falax eſt, & omnino naturæ inimicum, paulatim uero certum. Poſt completum Aquæ potum. xv. diebus Confortetur Stomachus, & Epar Aromatico roſeo, uel Alio Intus. Iecur, & Renes extra, infrigidante Gal. ac reliquis cap. xiij. Digeſtiua, Ellectuaria, Pillulas, & Cetera cap. vi. denuo quandoque captantes.

Tempus ueris optimum, ex Hippocra. Quibus phlobotomia, aut Pharmacia cõfert, hos uere phlobotomare, aut pharmaciam dare conuenit. Huic proximus Autumnus, Eſtas nimiũ calefacit: Hiems penetrationem impedit. Verum enim infinitos his vltimis temporibus optime, ac candide ſaluti proprie reſtituimus, teſte diui Geminiani D. Hierony. Reuerendo Plebano. Qui ab aſthmate prauiſſimo media hac eſtate Decocto Aquæ potato ſanus totam per urbem deambulat Pinguis, ac craſſior effectus.

Locus ſit ab aere, ac omni penitus humido, & uento liber, igne accenſo Hieme præſertim & Autumno, non ut calefiat, cum tepidus eſſe debeat, ſed ne frigore inficiatur, Cubile adſit, ut pannis optime uallatus quieſcens aqua omnibus mẽbris diffundatur facilius, ac ſi forte ſudet hũc conſeruare valeat.

Dieta, & cibandi Modus tenuis, Ex Gale, Multe cronicatum egritudinum ſubtiliante indigent dieta, qua multoties ſola Epidemia deſiſteret, nullo amplius phatmaco indigens, ſi ſex rerum non naturalium ceterarum temperies, uelut apud egyptios, ex Diodoro, penes nos conſiſteret. Ea nihi-

lominus, ac Aquæ ligni potu ad unguem quicunque ocius humores destruuntur praui. Veruntamē cum natura subitos nec tolleret motus. Primo die consueti cibi quartam partem relinquat. secundo tertiam. Tertio dimidiam, Postea singulo die cōtentetur Biscotti albi ad totius humidi consumptionem, uel panis bene fermentati non saliti. ℥. vij. mane, sero. iij. Et si Panis limitata & Aquæ pondera cuilibet assignari nec possint. A consuetudine tamen pro sano medici arbitrio diminuenda. cum Biscotto Passularum. ℥. ij. comedat, uel seminis mellonum confecti, uel Amigdalarum mundatarum, quæ est media dieta. Nam tenuissima edent Biscotti. ℥. iiij. cum passularum ℥. i. die mane semel, neque mirum si paruo hoc nutrimento uirtute nec diminuta cronico eo uixerint Morbo, cum, ex Hippocrate, & Gal. tenuissime in diuturnis egritudinibus diete difficiles. Primum etenim Aquæ ligni Decoctum sua spissiori corpulentia, sero lactis, à quo butyrum extractum non fuerit, simile, ad cō sumpti instar nutritiuum, Refectiuum, & confortatiuum, eius subtilitate concoqui facile: Cibalis Medicina, uel pharmacale Regimen nuncupandum, ac secundum Decoctum, & si non adeo pingue nutriunt quamplurimum, ut, ex Galeno morbum alere non valeat, & ad uirtutis robur conseruandum sufficiat, concedunt multi pullorū paruorum carnes, perdicis, turdorum, uel Nemoris auium, Hedi, ac uituli elixas, absque.

sale, cuius usus nisi admodum perexiguus admittitur,

titur, cum bilem acuat, ſanguinem adurat, ac natiua ſiccitate corporis humores are faciat, eadem quo ratione acuta, ac penetrantia facile, uelut.

Aromata, & maxime

Vinum penetratiua ui meatus patefaciens, omnia interdicantur, uel aſſas. ℥.iij. cum Biſcotti ℥.iiij. ſero nil comedentes: quidam mane panis. ℥.iij. Carnis. vnc. ij. ueſperi panis vnc. ij. carnis. vnc. i. ſ. edentes, uinū tamen dimittant ſemper, ſi poſſibile ſit: ſecundam bibentes aquam, concedunt quidam Dactillos, Poma, ac Pira ſub cineribus aſſata. tranſactis autem diebus pluribus uirtute debili zucari roſati parum edat, aut Mellonis conditi, Cucurbitæ, ac ſimilium: Nos uero poſt primos. x. dies alternatis diebus, uelut die Dominico Martis, & Iouis pullæ medium admittimus aſſate, & uentre ſtiptico elixatæ, uel reliquorum Carnes, ut ſupra, uſque ad xl. dies. Poſtea paulatim augeatur cibus, cauentes rurſum decem diebus omnino à Crapula, à rebus Crudis, & à.

Coitu præſertim, uſque quo priſtinum robur, & habitum recuperauerit.

Diſpoſitio uero corporis, quoniam natura ligni, ac tenui dieta ſtiptica efficitur, & exiccatur. ideo ſi poſt. v. uel. vi. Dies non aſſelauerit, Enema fiat, ex. ij. uel Tertia Ligni Aqua, ſimili modo uelut ſecūda fienda, cum oui Vitello, zucari rubei. ℥, i. Olei communis. ℥.iij. ſalis panis. ʒ.ij. ac quandoque Butyri unc. ij. vel commune, Addita Caſſia, Agarico, ſalegemma, uel quæ uideantur ſuperfluo conuenire

humori, Si id non operaretur Limaturæ Ligni Crudi unc. 5. uel Decocti cum Aqua prima, uel Iure horis. v. ante prandium ieiuno potato ſtomacho, Quo nequaquam operanti, ſequenti denuo potetur die, & indubie operabitur, uel Terbentinam auellanæ quantitate aquis proprijs ablutam deglutiat, aut Caſſiæ unc. i. 5 uel Pillulas de fumoterræ, Ellectuaria, & quæ cap. vi. deſcripſimus.

Dolores cum his quæ cap. xvij. apparent reſoluemus.

Puſtulas uero Notata cap. xviij. ſanabunt.

Vlcera corrupta ſanas partes corrumpentia, & alia ſolo obunguntur Ligni Oleo, ac Spuma ut ſupra, uel deſiccato ſpumæ Puluere Aſpergantur, aut albo crudo unguento hoc camphorato linteolo illinuntur. Recipe ceruſæ, olei roſei, camphoræ an. q. ſuf. miſce, uel Vnguentis proprijs cap. xi. uiolẽtius.

Oſſa quandoque ab ulceribus corrupta inſtrumẽtis aptis Scalpro, vel Fricatorio, ac Reliquis cap. xix. dimoueantur, Superficialis enim corruptio minima, ut puta, Alteratio, vel Denigratio Melle roſato tolletur.

Tubera uerumenim, & reliqua ſimpthomata rectius ſola Aqua, & Quæcũque ab hac extracta adeo perfecte ſanant, ut nullo, vel perexiguo Aliorum indigeant præſidio.

DE

DE DEPILATIVA, DENTATIVA, VNGVITIVA, Reliquisve ſimpthomatibus.

Superuenit poſtea Galleci ſimptoma, ſignum ſeu 6. Accidens æuo noſtro anno.ſ. Chriſto. 1538. uel circa quo tempore excellentiſs. Philoſophus, & clariſs. medicus D. Bartholomæus Gaionus Veronenſis, ad me has conſcripſit litteras.



Ercurri iucundiſſimas lectiones iuditij, & opuſculi tui, de Lue Gallica, ad me miſſi, & unico ſpiritu perlegi; nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat uſque morari. Senſi, quam bene oleat officina illa tua, in qua nil cuditur, quod non præclarum ſit, & excellens. Sed ne aſſentari in te uidear, non ſilebo in his litteris meis tecum, quod diminutus eſſe mihi viſus es, in hoc duntaxat, quod nihil dicere uoluiſti, de caſu pilorum contingente in morbo iſto hac noſtra tempeſtate, propter vlteriorem aduſtionem acquiſitam in materia a qua Lues ipſa cauſatur. Quod accidens cum fere omnes infeſtare uideatur. Non erat adeo de facili (me iudice) ſub ſilentio prætereundum. Et quia, cum apprime norim prudentiſſimum ingenium tuum. Et te nihil ſine forti ratione agere. Ideo huius cauſam ſcire uehementer cupio.

EGO AVTEM THOMAS.

QVoniam Amici,& ferme fratris pius animus, antiquiſſimave conſuetudo me cogunt, & urgens urget neceſſitas literatiſſimo, atque eruditiſſimo quærēti reſpondere, Hac. 2. impreſſione mei Achatis amore,& impulſu librum perficiam iſtum.

De Depilatiua.

SIcuti innoteſcere cepit magis euidentius,& clarius notari Morbus Galleeus tempore Caroli. VIII. Anno. ſ. 1493. quo tempore innumeroſiſſima geus ad hunc Diſpoſita, Ex Gale. de differentijs febrium cap. 4. Oportet ſemper meminiſſe nullam cauſam ſine patientis aptitudine agere aptam natam eſſe, quo maxima particula generationis egritudinum eſt paſſuri corporis præparatio, aliter ſub eane egrotarent omnes. Veluti contigit anno. 1526. Quo peſticule Morbus etiam antiquiſſimus ab Hip. Gal. & reliquis, ſicut proprijs inſcriptionibus diſſeruimus, deſcriptus, Hominum innumeroſam multitudinem inficientes manifeſtius ceperunt annotari. Ac ante Tyberij Cęſaris. III. Romanorū Imperatoris principatū, ex Plini. 26. naturalis hiſtorię, non modo Italiæ, ſed uniuerſe ferme Europæ Lichenas, Mentagramue incognitas fuiſſe. Atq; Elephātiaſim uſque ad magni Pōpei tēpora nunquam Italia cōparuiſſe. Velut Gemurſam obliterato nomine extinctam. Nec Colum quiſquá prius Imperatore ſenſerit, Simili modo rationabile

eſt,

eſt, non tantum Alopetiam cum facie tartarea, quæ Accidens eſt, in indiſpoſitis pręſertim potuiſſe latere, cum ſubſtantia, ſeu Morbus in quo ſidet tot millibus latuerit Italis annis, eo maxime cum primo ſui detectu ulcerum affectus comparuerit, ſucceſſiue dein Puſtulæ, Dolores, Nodi poſtea, & Reliqua. Mouetur tamen rationabiliter eruditiſſimus frater, cum uenuſtas corporis capillorum & pilorum præſentia ac ipſorum multitudine exiſtat, Et econuerſo deturpant & fædum reddunt Pilorum abſentia ſiue Priuatio, Diminutio, ſeu Paucitas, vt & Tartarea, Fædiſſima, Turpiſue, Aliena, & Extranea confingatur Facies, & Diſſimilis a ſeipſo vultus in Epidemico præſertim iecinoris morbo. Vnde coacti fuerint Medici Medicamentum comperire quo ſiſterent, nec ſimul repente defluerent Pili, Delinientes locum, qui depilari ſuſpicatur, calido hoc Linimento.

Recipe florum, ſeu ycorum iuncturarum canarum recentium,
Capillorum uen. recentium ſubtiliter inciſſorum.
Lixiuij ueteris. q. ſ.
Fiat admodum Vnguenti igni ebulientes, & inunge.

Sed ante, ac poſt colluunt calido hoc Lixiuio.

Recipe vrinæ puerorum
Vini albi odoriferi
Lixiuij ueteris, miſce } añ. q. ſ.

Inungatur isto vnguento.

Recipe seppi castrati colluti cum aquis Lupullorum, fumiterræ, vltimo rosarum, ter cum vnaquaque de per se, ac sigillatim, aqua semper permutata.

Capillus etenim, & omnis pilus, exceptis paucis, sicut sunt palpebrarum, & superciliorum extenditur, augetur, & continuo manet, neque secundum naturam defluit, quoniam eius materia sicca licet sit, nec penitus tamen, retinet enim humiditatem quandam pinguem, & glutinosam causam durabilitatis, & permanentiæ eius, sicut permanent, nec defluunt secundum naturam untuosarum arborum folia. Quo, ex Gal. de compositione medicamentorum ad loca.1. sicut plante quædam humiditatis quandoq; indigentia deficiunt, & exiccantur, & quædam aliquando humiditatibus extraneis eis appropinquantibus corrumpũtur, ita & pili, uel humiditatũ indigentia, quibus nutriri debẽt, corrũpuntur & cadunt, ut in caluis, senibus, cõsumptis, & conualescentibus fit, uel humiditatis prauitate ei approximata, seu appropriata, ut in alopetia, & tyria fit. Vnde, causa gignẽs alopetiam, & tyriam, ex Auicenna, est materia mala manẽs in Kute, & origine pilorum corrodens eos, & prohibens nutrimẽtum bonum eis, quandoq; cholerica, quandoq; melancholica, quandoq; phlegmatica, quandoque ex sanguine corrupto, significatũ, cutis colore abrase fricatione leui, uel regimine præcedente, uel accidentibus huic annexis, ut plurimum tamen, ex materia

teria phlegmatica euacuata, de qua ſola ideo zoar meminit, aut dominante in toto, aut in cerebro, & partibus capitis.

Curatur.

RECens tamen ſepius euacuatione ſola, de com poſi.med.ad loca.i.Gal.ſanaui ego alopetiam condictionabilis firmitatis laxatione tantum, nam qui frequenter per menſem quolibet die ſumpſerat tubera ad ſaturitatem alopetia correptus, yeracollo cinthi purgatus, poſt uiginti dies rediit ſanatus. Commentario uerum enim. 6. 34. ſegmenti, quicunque calui fiunt, his uarices magne non naſcuntur, quibus uero innaſcuntur rurſus capillati fiunt, inquit, verificari aphoriſmum, de caluitiæ improprie dicta, quæ ex corruptis humoribus fit alopetia ſcilicet. & tyria, ſuperuenientibus enim patientibus alopetiam, & tyriam uaricibus magnis ſanantur, propter tranſmutari materiam, quæ faciebat illas ad inferiora, & uarices: Nam de caluitiæ proprie ſumpta inquit, quis ignorat inſanabilem paſſionem caluitiem exiſtere, ex Nicolao Flo.ſer.7.qua ſi dicat nullus. Sananturque leuioribus medicamentis, qui capillorum caſum huius iniuria morbi patiuntur, propterea, quod non multa eſt materia, nec craſſa, nec uiſcida, nec lenta multum, ut natura ualeat ſub vaporis, ac fumi genere eam ſuperius foraminibus ſuis mouere, & expellere poroſitatibus dorez, ex Auicenna, ac craſſiorem ſub-

tiliatam

tiliatam per teſtam, vnde corporibus, ſeu quibuſbuſdam temperamentis calidioribus magis depilari contingit, corrupta quidem pilorum materia a corruptis in iecore ſanguine, & reliquis congenitis humoribus fomentum, & concipiente propriũ alimentum. Quo fit, ut multi ex ſe ipſis fuerint a Natura reſtituti. Aliqui ſola illarum partium abraſione. Quidam euacuatorio medicamento. Quidam ligni decocto, nec ulteriora, uel fortiora expetierint. Neque aliis curandi modis integritatem adipiſcuntur.

De Dentatiua.

VT ſeptimum demum etiam in præſentiarum comparuerit ſignum Dentatiua, ſcilicet ſeu dentium caſus. & alia deinceps ſi vixerimus diu noſipſi, ſed rationabilius poſteri uiſuri ſint ſimpthomata. Cum enim de diſpenſantibus corpus noſtrũ uirtutibus, morbi omnes, ex tribus proueniant particulis, capite, corde, & hepate ipſis, uel alteri compatientibus. Et epidemicus, ſeu Gallecus iecinoris ſit morbus uaria humorum affecti iecinoris corruptione. In iecinore. qui intemperatæ naturæ ſit, ex Gal. De tuenda ſanitate 6. adeo, ut multa excrementa gignat, vnde lædi membra cõtingat, in quod cunque excrementa procubuerint, ut iecinoris malignitate ultima fiat Hydrops, materia pectus lædente aſthma, æthica, ac Phtiſis, atque proprij a cæteris particulis morbi. Dentibus itaque radices ſunt, cum quibus infiguntur mandibularum oſſibus, & ſuper marginem cuiuslibet foraminis ad-

ditamentum

ditamentum magnum 'oritur dentes circundans, quatenus ſe fortius teneant, ac fortiores exiſtant, ligamenium autem hoc, ſeu panniculus procedit a panniculo maxillas cooperiente procedente a panniculo cooperiente craneum, & iſte exit a panniculis cerebri, ex Auicen. Ex ſerapione autem accidit dentibus debilitas, caduntve alimenti defectu, ſicut contingit ultimis ſenioribus, quibus ut plurimem dentes naturaliter cadunt nutrimenti defectu, neruorumque, ac ligamentorum, quibus maxille alligantur debilitate. Materiæ itaque ſub fumi, ac uaporum genere craſſioris, non potentis, nec per teſtam, neque foraminibus Dorez expelli, cerebri frigore viſcidioris effectæ pericraneo detentæ, ac eius inferiora grauitate, tum naturæ impulſu dentium ligamenta petentis prauæ, ac corruptæ dentium fit casus, turpiori ore redacto. Qui in adultis deperditi, nec renaſcuntur amplius.

Cura.

VT neceſſarium languenti ſit, cum ceperit dentium læſiones ſentire, uel materierum ad hos defluxus ruere repente medici conſilia adire: continere: purgari: ac ligni uitæ aquam ſorbere. Dentes firmantibus uti. Materiæ confluentis reſiduum ſiſtere, uel potius deſiccare: confortare, & addere robur.

An autem uocis ſempiterna, ac perpetua amiſſio octauum eſſe poſſit Galleci morbi ſignum de ſimpthomatum cauſis. s. Galenum ſupra accipite teſtem.

Vnguium

Vnguium casus in pluribus Romæ contingens Venetijs ac ubique locorum multis. 9. ualeat esse signum referendum, ut supra, in proprias causas, ac superioribus recte curandum. Vlcera Meri. Amigdalarum, Epiglotidisque decimum.

Aliaue, & plura particularum omnium humani corporis simpthomata praua, hucusque tamen eo terminata numero dinumerata, quoniam sæuiora, longiora, & quam maiora, letalia, ac ut plurimum concomitantia. Vt non fuerim rationibus his diminutus frater clarissime. Neque mirandũ neque mei defectu. Si contigerit Morborum quosdam, quibusdam regionibus, & climatibus multiplicari, & non in alijs. Similiue modo aliquo tempore multiplicantur Morbi, ac sua sequela signa manifestantur, qui alio tempore non comparuere. Quæ rationes, longius explicantur libro ad Paulum. III. summum, sanctissimumque Pontificem, de uita Hominis ultra. 120. annos protrahenda. Vt nec inconueniat passiones quasdam adesse & simpthomata Regionibus quibusdam, temporeue quodam, et quasdam morum corruptione nusquam comparuisse. Multa enim post scripta, tum ab Antiquioribus, tũ a Neotericis, nobisque ipsis, ae cæteris adhuc uiuentibus inuenta sunt, & plura inuenientur. Multaque nunc extant, & erunr post nos ignota, arte inuentis semper addente, In dies adiscimus, & crescit ars Medica, sicut artes cæteræ, ex Plinio, ac Platonicis, immo Galen. Artem Medicam incremento fieri prodidit. E Peru, e Nouo Mundo nuper, ac nouiter reperto

smaragdi

ſmaragdi Noua genera ualoris triginta millium ducatorum, ac ſexaginta aduecta ſunt, Rubinum ex anglia album aduectum, & ego ſaphirum poſſideo Nigrum occultarum multarum uirtutum illuſtrem, cæleſtique uirtute dotatum . Vnde Noua ſemper experiebatur , & diſcebat Galen. Itaque lege Vale viue.

De Cina benedicta, ac Regia.

Nomen.

CInæ n, unico duplici nn, ex ſcriptoribus, inſcripta cilicie gramen eſt, Palus, ſeu Radix Cinarum, Cyna, China, Chyana, Chynna, à Syna græco Prouinciæ nomine; vel à Cyamba, uulgo regione orientali, meridiem uerſus, Pretermiſſa Ciliciæ Cinna Matthioli 24. 4. Graminis ſpecie, Echina, Achyna, Chyna vocata ab Inſula vltimo, ſeu nouarum Indiarum nuper reperti, orbis loco.

Delata.

Tam à Luſitanis, quã à nauigantibus ſub Cæſaris patrocinio, ex Hiſpania, à quibuſdam, ab Hiſpanis. Ex India, ab Alijs, Orientali, ex Ininianis, uulgo calicut, Inſulis Cinianis, Inſula ſeu china. Ex quibuſdam à Littoribus Lybicis, flumine Aquæ ualde medicatæ, Ex Incolis idem agentis, quod noſtræ Aluminoſe Therme, mirabiles, ſeu mundi aquæ.

Orta.

Seu Reperta circa maris, littora, ſabuloſi paluſtris ſeu loci ripas collecta, uariarum harundinis ſpetierum, ac ſtirpium ibidem orientium, ſimilitudine, ſeu arceatur margine eadem occaſione quappiam è terra euulſa. Moles.

Moles.

Varia, ac imparia frusta, mare effracta, dein flumine, vel eo reuoluta arenosis residentia littoribus.

Genere. 2.

Indica quædam orientalis ab inianis uulgo calicut, insulis cinianis meridiem uersus ab Hispanis delata; Lybica quædam in lybicis orta littoribus e, flumine aquæ ualde medicatæ ab incolis idem agentis, ut supra.

Electio.

Indica, & velut in cætetis fere radicibus recentior rubicunda colore, seu ferrea optima, arida minus. Ponderosior, densior, substantia fungosa facile, nec sit frangibilis, succulenta magis, quo ad inarridissima illa radice fieri possit. Minusq; terredinæ, aut cariæ intecta, uel putredinis uitio. Quo fungosa, & præhumida ipsius substantia inter exiccandū reseruari potuisset. Cū autem, dierū vigintiquatuor, spatio eis decoctum potari debent, libræ habeantur duæ, in vigintiquatuor uncias partienda.

Forma.

Radix crassa satis uelut brachij extremum, quādoque crassior. Leuis. Harundinis cannæ acori, uel syluestris nostri, seu similis extra. Geniculata. Nodosa. cortice leni subruffo cum citrinitate, ac liuore. Intus fracta leui quodam candore, ruffa roseum præsefert Colorem, acoroque uulgari, rhodiæq; radici similem, nigricans, seu galangæ modo rubescit.

Substantia inter mollem, ac durum, rarum, ac

densum

densum media. Ex vesalio fungosa, dum crescit, insigniter canna paulo lignosior. spongiosa, uelut aqua macerata. succulenta proculdubio. Pinguis. Densa. Qualitate tenui impensę exiccata ter redine, & cariæ corruptibili facile breui quamplurimum infecta corruptioni parata, unde a mercatoribus reiecta.

Gustu saporem nullum habet. subacidum, ex vesatio, seu amarum, ac ex massa temporis spatio stipticum.

Neque ullum; ex secundo, insuauem licet decocti olfatu, nec plurimum penitus habet odorem.

Adulteratur.

seu alteratur bolo armeno rubro, seu cariæ obducta zimzibere.

Loco.

Palustrij, vel sabuloso iuxta mare, promontorio, ut plurimum Regione Orientali Meridiem uersus.

Tempore.

Colligitur Autumni modio, eiusdemque fine.

Complexio.

An calida, uel frigida, ex quibusdam, non satis constat. Temperata nihilominus est in actiuis, ut pote in primo calida. Ad siccum in passiuis non di xerim ad secundū declinās ordinē, humido pingui, atque denso à quibusdam abundans. Calefacit ideo qualitatibus manifestis. Moderate, leuiter exiccans. Aereaque parte, nec exspoliata raritate eius quadam gustu imprimis subdulciuscule linguam mulcens humido, nec careat pingui, atq; denso, ex qui-

bus dam

buſdam aliquantulum contraoperanti. Ex quibus prauias aperiens, ſudorem excitat & lotium cit. Prauas frigidas ſuperfluitates à pręedominio uenis & uniuerſi corporis ambitu infarctas reſecat, & in uapores conuertit. Guſtu profecto ſapor nullus, ex quibuſdam mordacitate licet quadam particeps, neque ullus penitus ineſſe diſcernitur odor, & uelut borago, ſeu bugloſſum qualitate, tum prima, ſecundiſque uirtutibus mediæ nobis familiariſſime inſipido, perſimilique ſtupido prorſus ſeſe nobis offert ſapore. Decoctum quoque, licet colore fulluum, uelut in reliquis contingit ferme ſiccis ſimplicibus, & ſeminibus, rubedine dein propria, nullum pręſefert ſaporem, ex quodã licet leuiter mordacem, etiam maſticata dentibuſque conterita.

Proprietate.

Tota uel ſubſtantia condita, occultaque facultate ſpecifica, & eſſentiali Galleco opitulatur. Et quibuſuis morborum ferme generibus, Medicina beata in qua nullum eſt nocumentum. Podagricos ſuuat & arteticos. Cuique proprium eſt, decocti præſertim ventriculum irrorantis ſitim extinguere. Naturalia quæquæ confortat, reſtaurat, & viuificat membral. Ideo pingues admodum reddit homines, & viſum acuit, & veluti, in ſumma tabe mortẽ in faucibus gerentes reuiuiſcere, ac reinueneſcere facit.

Facultas.

Temperie in actiuis, ad moderationẽ membra quæquæ, corporiſque particulas omnes deducit.

spiritus

ſpiritus . ſanguinem . & reliquos humores rectificat, atque beatificat . ſiccitate putredini reſiſtit. ſucculenta ſubſtantia, humido tam tenui, tam denſo, tam multo omnia corporis membra ſolida firmat . omnes confractas coeuntes ſolidaſque partes permeat, atque permutat. Vires reſtaurat, atque corpus impinguat . terrea vi tenuiſſimaque membra perfecta firmat . Intemperiem calidam vehemẽterque frigidam , membra tum laxa, atque deſtillatione tabida undequaque ſanat . Parte quadam leuiter acri , qua breui tempore, non accidum modo , ſed etiam ſubamorum fit decoctum, detergens, naturalia quæquæ , ut ſupra confortat , & uentriculi & inteſtinorum lentos, & frigidos humores lenit, tergit , & diſſoluit . Excrementa diuerſa educit, cũ paſſulis , ex quibuſdam, uentrem quandoq; lenit.

Decocti vires.

CInæ quãtum laudis depromi queat à ſacratiſſima Caroli . V . Imperatoris ualitudinis a Galleco & podagra, memoria, atque adagio, ut infra, colligitur plenius. Non deſunt igitur, qui vel, ut cynam uendibiliorem reddant, omne morbi genus huius decocto, ab incolis pelli aſtruant . Primateſque, Hiſpani , nihil hac cina diuinius , non ſolum Gallicã, in lue optima, quibuſuis uerum enim morborum generibus , & conferre. Adhiberi prædicant facilius , ad hoc allecti , quod tempus , quo hoc nondum porrigitur, breuius exiſtat , uictuſque ratio longe , quam in aquæ ligni indici decocto facilior,

cilior, minuſque legibus obſtricta. Vel quia radicem beatam, ac temperatam plurimum extollant, multiſque laudibus, ac virtutibus efferant. Aperit enim ſudorem prouocat, varios conſummit humores & exiccat. ſanguinem mundificat, lenit, abſtergit, & cum hoc pingues reddit homines perpetuam prebens ſanitatem. Capitis dolorem, reliquarumve corporis particularum lęſiones quaſcunque, diuerſis paratum, ut infra, modis felicius aufert. cerebri noxas abigit, fluxionis omne genus ſiſtit. Viſum acuit. oris fœtorem tollit. Gratum conciliat ſuauemque corporis totius odorem præbet. Longas anginas diſcutit. Difficulter ſpirantibus confert. Iecoris, lienis & renum vitia a frigore pellit. Viſcerum omnium uenarum meatuumque anguſtias obſtructasque etiam bilis uias reſerat. ſanguinem a craſſis atrabilariis lentisque excrementis mundificat. Ventriculo imbecilli a mala alterato temperie, pituita uel repleto, chynæ decocto irrorato ſiti etiam extincta, plurimum confert. coctionem bonam, quæ alioqui uitiari ſolet reſtituit, ac conſeruat. lotium cit. Calculum confringit, nephriticis prodeſt, renes, urinaliaque uaſa emundat. Fluxuum omne profundiſſimi pelagi genus mirabilius abigit. Articulares repellit dolores & morbos, qui omnes corporis artus aliquando nec leuiter infeſtant pedum manuum capitis, & reliquarũ corporis partium. Podagricos iuuat, & chiragricos. cozendicis manuum ſcapularum omnibusque artuum cruciatibus integerrime ſubuenit. Elephã-

tiaſi

tiaſi prodeſt cutis uitia ſanat pſoram ſcabiem puſtu las bis in die ſaltem collutas, lineo panno decocto, uel ſpuma madefacto, & pro affectæ dolentisque particule tollerantia ſuperpoſito. tumores ſimiliter. & ulcera maligna, cacoeticaque, & fiiſtulas a ſordibus tergenda decoctoque ora colluenda, alopitiæ capillorũ caſui, ac pilloris barbæ, hac capitæq; bis hebdomada primo, ſecundo, tertio, ſeu decocto collutis. prodeſt gingiuarum corroſioni, & den tium caſui, ſæpius in die ore calido abluto decocto. cuiuſque membri cruciatus effugat, tremores ſanat. oſſibus opitulatur corruptis maleque affectis. conuulſos neruos contractos laxos, & emollitos reſtituit. Neruoſi generis imbecillitas manuum, & reliquorum tremor perſanatur. Gallecum diuinitus, ac proprie, & ut ſupra, morbum curat. Vt demum uirtutibus pluribus etiam inuicem pugnantibus facultatibus deſcriptis longe plura medicamen ta ſuperet. Vt infrigidatis, ſtupidis, reſolutis, maraſmo, maleficiatis, febribus etiam lentis longis & quartanis quintanis ſextanis & contuliſſe comperierimus. vel id contigerit a recondita virtute occultaque facultate ſpecifica, ac eſſentiali nuncupata. ſummæ tandem corporis tabifici extenuationi maciei, ac ſintheſi, nulliquc non morbo quantunuis deplorato auxilium pręſtare poſſe aſtruimus.

Præpurgato.

MEdentium more corpore. pro morbi infeſtã tis. Egriq; habitu temperamenti. roboris, ac tẽporis natura, principio, medio, ac fine. cliſteri

ſaltem velut conſueui multoties, ſenili. Imbecilli. Tabido. Inaſſueto. Primarũ. Venarũ inanitione, ſeu leniente medicamento, manna, diamanna. caſſia, diacaſſia, ſyrupo violaticeo ſolutiuo, fortius roſeo. Grauius ellectuario lenitiuo, diacatholicone, diaſene, diapruni, ac diaſebeſten non ſolutiuis, nam completa vlterioriqué purgatione, in huius decocto, prę terquam ualidiſſimis cronicis magnis, ſeu morbis, aſſuetis robuſtis corporibus uirtuteq; forti, immo ſingulis decẽ diebus euacuatione rurſum in fine adminiſtrata, neque egenus. Sanguinis miſſione minus, ſi dieta tenui, ſeu uictu, in his adminiſtrari ſolito facile corporum facultates collabi poſſint; Et inedia, ratione, & ex Galeno, euõnis uices gerat, Sudor ſecundo inſignis interulæ põderis ſudantis vnciarum quandoque. 9. ac plurium, a non ſudante diſcrimine. Poſſunt præterea tertio morbi quantuncumque maximi, & grauiſſimi intẽperiei mutatione curari, potu etenim cynę toto medicato cibario ſimplici ab eo affecto alimento comparato, a quo reſtaurantur corpora membra corrigi humores, ac intemperies longo permutari hauſtu, & morbus quicunque, natura operanti ſuperari. Exhalatio quarto cutis ſpiraminibus, tum loci, tum corporis calore ſuperabundantium ſuperfluorum effecta aſſidua, longa, & continua decocti aſſumptione. Digeſtione quinto, itidem euonnem citra omnem manifeſtam maximos, & grauiſſimos morbos poſſe ſanari.

Prudentiſſime lector, ne confuſus magno iſto co
dice,

dice, vaſtoque pręſidiorum, aquæ præſertim cinę. ſpartæ parillæ, ligni indici. Aliorumve. Pelago latius uerſeris. Vnitim præſenti loco, conſuetum è medentium praxi ſelectum. Plurimi licet, ut infra, ac ſupra, modi conſueuerint fieri. Communem modum conficiendi aquam eorum trium ſimplicium ſeparatim deſcripſi.

Modus communis conficiendi decoctum, aquam, ſeu cinæ beatam.

Aqua prima fit.

CInæ in patuis laminis minutim inciſſæ vnciæ 2. Infundantur horis 24. in amphialis 2. cõmunibus aquæ puræ pluuiæ melioris, ſeu morbi propriæ, ac membri, tepefactæ, vaſe vitreo cooperto, ſeu amphiala. Poſtea lento bulliat igne ad conſumptionem medietatis. Ab igne dein remota, ac frigefacta panno percoletur fortiter expreſſa lineo, ſeu ſtaminea, atque cooperta vaſe vitreo, ſeu terreo vitreato reſeruetur, mane in aurora 4. ac ſero ante cœnam tribus horis ſyrupi modo tepida, feruens uel ferè propinanda.

Secunda aqua fiet.

Eandem ebulliendo radice mortario contuſſam parum illico abſque infuſione amphialis aquæ itidem 2. igne lenro ad tertiæ aquæ partis conſumptionem. Quæ ab igne remota. Infrigidata. & expreſſione, ut ſupra, colata reſeruatur. Prandio, ac cœna frigida. Mediis autem tẽporibus tepida potãda.

Tertia aqua fit.

Philologi additione comperta consimili 2. modo.

Cinarum radicem eandem contussam, &c. expressam bullientes eadem aquæ mensura, usque ad quartæ partis consumptionem, &c. Qua colluantur facies pedes abluantur manus, & caput pro opportunitate, & reliqua. Potatur etiam secunda deficiente aqua.

Modus communis decoctum conficiendi aquam, seu spartæ parillæ sacram.

Aqua prima fit.

Smilacis surculorum frustulis paruis incisorũ, mortario paululum cõtusorum, seu radicis præstantioris quidem minutim concisæ unciæ 3. Infundantur horis 24. in aquæ communis. Vel, ut supra, amphialis duabus, postea lento deferuescentis igne ad consumptionem medietatis. reliquis cinæ modo confectis 59. loco fruenda.

Secunda aqua fiet.

Sparsæ pardigliæ iisdem surculis denuo mortario contusis, seu radicis frustulis absque infusione deferuescentibus eadem aquæ mẽsura ad tertiæ partis decrementum expressione percolata. seruata. potata. vt supra.

Tertia aqua fiat philologi inuento.

Spartæ pedigliæ surculis ijsdem rursus fortius contusis, radicis, seu frustulis aquæ tantundem deferuescentibus ad quartæ partis consumptionem.

Expresse,

Expreſſę, percollata, vſui ſeruata pro colluendis cor poris, ut ſupra, particulis. Etiam potanda, ſi ſecunda defeciſſet aqua.

Modus communis conficiendi decoctum aquam, ſeu ligni ſanctam.

Aqua prima fit.

LIgni lima raſpati vntias 18. infunde horis 24. in amphialis 8. communibus aquæ puræ, pluuiæ melioris, ſeu morbi proprie, ac membris, tepefactæ, præacepta cum ligno duarum amphialarum menſura, in uaſe terreo, cupreo, uel uitreato, aut æneo ſtagnato, cooperto, capacitatis 12. amphialarum. Poſtea bulliat igne lento ad conſumptionem 6. amphialarum cum ſpuma, ac toto. ab igne dein remota, ac infrigidata panno colletur lineo, ſeu ſtaminea. Atque cooperta vaſe vitreo, uel terreo uitreato reſeruetur. mane in aurora, ac ſero ante cœnã tribus horis ſyrupi inſtar tepida, feruens ferme præſtantius, potanda.

Secunda aqua fiet.

Idem bullientes lignum, abſque infuſione, ſed repente igne lento in amphialis 8. Accepta prius, 5. amphialarum cum ligno menſura, vſque ad tertium amphialarum decremẽtum, ammota ab igne, infrigidata, ac collata reſeruetvr, ut ſupra, prandio, ac cœna, frigida. mediis autem temporibus tepida bibenda.

Tertia aqua fit ſecundæ inſtar,
philologi, inuento.

Lignum idem bullientes, eadem aquæ menſura, & cætera. Vſque ad 2. tantum amphialarum conſumptionem. Qua colluatur facies. Pedes abluantur, manus, & reliqua. Potari quoque poterit ſecundæ defectu aquæ.

CINAE DECOCTA VARIA.

Vſuale, ſeu commune.

SVmma cinæ ſit, temporis vniuerſi, librarum 2. morbo mediocri. libræ 1. mitiori. tertium omnino inexpugnabili, habitus, & uſus prænotata, atque etatis differentia. Quarum vntiæ 2. recipiantur. Et in fruſtula, quam parua, laminas, ſeu orbiculos coronatis aureis, unguibus uel ſimiles cultro minutim incidantur. Calidaque horis 24. Aqua communi fontis, uel putei, ſeu pluuia optima, ac tenuiſſima, ſeu ad placitum partibus, ac morbis propria, aurea potiſſima, aurearum laminarum in fuſſione ignitorum extinctione, 2. amphialarum vſualium 12. ſeu librarum, uaſæ vitreo uel teſtaceo vitreato triplæ maioris continentiæ, cooperto continue. Ne cinæ uires ſubtiles aeree nimium diſſolute exhalent, vnite uerumenim conſeruentur, infuſa permaneant. Poſtea bulliant cum ſpuma, ac toto ad medietatis conſumptum, & ultra, ſi libeat. Lineoque poſt refrigerationem, ne in acetum conuertatur, velut calidis quibuſuis liquoribus igneo

contigit

contigit calore, panno, seu staminea fortius exprimatur. Et prima erit aqua. Dein radix expressa in aquæ tantundem absque infusione bulliat ad tertiæ partis consumptum, & post expressum; secunda fiet aqua. Denuo radix eadem deferueat ad quartæ partis decrementum aqua, ad eandem quantitatem, & expressione, consimili; tertia resultat aqua. Qua manus, facies, pedes, caput, & corporis reliquæ colluantur partes. Etiam bibenda deficiente secunda, prandio cœnaque potatur frigida. Et si indigeret mediis temporibus siti molesta calida, velut secunda. prima, etenim aqua syrupi loco calida, ex auenzoar ferme feruens bibitur duabus vicibus in die, quantitate vnciarum 9. uel circa, horis tribus, ante cœnam, ante Prandium semper 4. interpositis horis 8. ab vtrisque refectionibus. operto post commode corpore, ad sudorem facilius prouocandum.

Alterum primum decoctum.

Cinę incissæ vnciam unam, infundit horis 24. aqua fontis, uel putei libris 12. olla lapidea noua, cooperta ligneo, seu lapideo cooperculo, libras 18. aquæ continente, ut sensim tertia pars aquæ absumatur. olla ab igne ammota obclusa plurimi frigoris pannis quibusdam inuoluta refrigerari dimittatur. Quæ decoctio illa quantitas est, quam in una die in spatio 24. horarum bibere necesse est. cum seruari minime possit. Quin, aut accescat, uel aliã corruptionem recipiat. Ideo quotidie modo superius dicto hanc decoctioné, præparare oportet, usque

que ad 24. dies . Radice post colaturam supra tabu las loco vmbroso reseruata, vt exiccetur. Et post potum 24. dierum . facta decoctio secunda, si eger non ex toto a morbo, & suis accidentibus liberatus fuerit, eam bibere possit. Vt perfectam sanitatem consequi valeat.

Cæsareum.

Sumuntur quotidiæ vnciæ 2. cinæ gladio in taleolas minutas, vulgo fetas, incise. Et in aquæ libris 12. ponantur, & olla angusti oris, subere obclusa argentea, miscentur, & ad tertiæ partis euaporationem deferueant, & percollentur. Radice decocta reseruata supra tabulam in umbra exiccata. Decoctum autem alio vasę percolatum uno solo tãtum perdurabile die sudorem excitans. semper stet calidum, ne frigescens statim accescat. De quo potabat Imperator Carolus V. ad podagram, &c. quo tidie mane libram vnam, uel ℥. x. & vespere consimiliter prandio bibitur, ac cœna. languente imbe cilli uini parum decocto permiscetur. post 18. diẽ reseruatæ exiccatæ supra tabulam radicis vnciæ 4. aquæ deferueant, & decoctum percolatum mane diebus 8. ad perfectam salutem propinatur.

Vesalium.

Cinæ unciam unam in frustula, ut supra, concisæ libris aquę fontanæ, seu proprie 12. Affusam fictili vasæ cooperto inuitrato, aquæ libras 16. continente, calidis imposito horis 24. cineribus. lento dein igne decoctum ad tertiæ partis euaporationem panno collatum lineo, nec collatum calidum

continue,

continue, ne refrigeratur, accidum ſic redditum, & uelut ordei decoctum ocius corruptum, utroq; modo adſeruatum, è vaſis collo hauſtum. chyna ue rumenim colata reſeruata. Id enim vni duntaxat diei ſeruit. Quandoque uncias 2. cinæ in aquæ libris 6. ventriculo læſo ad aquæ duarum partiũ euaporationem incoquit. Et tres, aliquando vncias in 12. aquæ libris decoxit. Vt diuariandi ratio nem uario affectorum cruciatu comprobet. poſt cõpletum huius uſum, ex reſeruatę cinæ unciis duobus umbra, uel ſole exiccatæ infuſæ horum 24. in aquæ, ut ſupra, ad tertiæ partis conſumptum decoctum uice potus offeratur.

Italicum.

Ab Andræa Veſſalio, Ioachimo Roelanths lingua Tuſca miſſum, latine a philologo expoſitum diebus 24. propinandum.

In principio, corpus euacua phyſici cõſilio pro patientis affectu. In medio. & in fine. Poſtea librarũ duarum vncias duas, cinæ in fruſtula, quàm parua inciſæ horis 24. infunde olla noua tria, aquæ putei boccalia continente, adeo magnæ aquæ portione, ne continue cooperta uirtus exhalet, ad tertiæ partis conſumptum. deferueſcens. decocta. Ab igne remota. panno craſſiori obtecta. Ne refrigeretur, & fieret acetoſa. ſingulo die, ut ſupra, conficienda. Aluo obſtrictæ redditæ poſt 7. dies ſuccurratur cliſteri, non ſeplaſiorum quidem, ſed ſolum aqua cicorij, ſeu boraginis cum oleo roſeo, uel communi cum ſale 6. uel 7. diebus. lenito uentre,

demum,

demum, vt ſupra, ſimul incoque 3. 5. Radicis apij. Et in aurora lecto conſiſtens potet ciatum huius decocti magnum calidum coopertus commode ſudorem horis 2. prouocans copioſiorem, præſtantiorem appetitum meliorem ſpecifica uirtute adducentem. Exiccato, è lecto ſurgat optime indutus a uento caueat adminus, uſque ad 7. uel 8. dies quibus mouebitur corpus. Poſtea, ſi uoluerit, domũ exeat flatu uitato. Vino. Iure. reliquis. & Venere. Piſcibus etiam, præter ſelectos, quandoque languente faſtidito, ac imbecilli. Vinum etiam decocto, hoc limphatum. Eſum quoque rerum quaruncunque nutribilium. Abnegatur acetum, ſal. acetoſa. olera. caro caprina. ircina. gallorum, & reliqua, ni fuerint aſſata, 15. diebus prohibita. Et cum potare cuperet inter cibaria tepidum, & quanto calidũ magis præſtantius decoctum. pullos edat, & abſq; ſale ebullitos. cappos. vinum, & acetoſum quodcunque, ac lacticinia uitet. aſſata uſque ad 14. diẽ manducet. conſeruas quaſlibet, & dulce comedet. diacitoniten etiam poſt cibaria, ac alia lenientia corpus, mel præcipuè tempore quocunque reliquis præſtantius, ſobriæ uiuat, cum dieta itidem uelut decoctum conferat. Poſt 24. dies fruſtula cinæ decoctæ reſeruata ſoli, uel alio exiccata in minores fruſtulos reſecta in tantundem aquæ conſimiliter incoque. Decoctum 8. uel 10. propinando diebus. ulceribus pannos decocto madidos appone, dum domi permanſeris. Extra domum ſiccum quidpiã. Domi madidis reiteratis, & ſæpius aquę collutis.

Qua

Qua nullum præſtantius opus. Notandum, quod languens poſt 5. 6. uel 7. dies cruciari incipiet uehementius locis debilibus, ac dolentibus aucto dolore, uſque ad 14. uel 15. dies, decocti etenim potu alterata morbi materia, naturæ auxilio, materiã omnem expellere, nec potentis, aut abſumere; in membris rarefacta extenſiuos augente dolores, & ad ulcera detruſa deteriora reddente, roborato uerumenim poſtea calore, & virtute operante minores fiunt dolores, & accidentia reliqua, & dein impedita minus medicamenti præſidio, poſtea melius ſe habebit. ſanitati priſtinæ eger 24. dierum ſpatio reſtituitur. Vlcera ſana erunt deo uolente. Quoniã huius radicis uirtus magna exiſtit. Et languentes debent regimen debitum adimplere, & quanto pluribus propinabitur diebus ſanus magis erit, melius proficiet, uirtute verũenim radicis huius ſpecifica.

Alterum.

Radicis cinæ vnciam unam inciſam, ut ſupra, infundunt in aquæ libris x. vaſæ &c. Horis 24. ad tertiæ partis conſumptum, decoquunt. Et poſt refrigerationem panno lineo percolatur, ac vaſæ vitreo, ſeu uitrato ſerua. Radice ebullita reſeruata, decoctum autem ſic collatum mane in aurora potatur, ac ſero ante cœnam horum 4. calidum 8. uel unciarum 10. lecto coopertus &c. prandio, cęna quę interdũque bibendum. vinum etiam potari poterit prandio, cœnaq; decocto prædicto limphatũ.

Poſt 24. dies poterit etiam fieri ex radice reſeruata, colata, vmbræ exiccata,

Deco-

Decoctum secundum.

Si necessarium fuerit ad perfectam salutem, mane calidum potandum lecto consistens coopertus, &c. pro sudore, &c.

Fit autem ex cina exiccata reseruata optime contusa singulo die vncia vna, consimiliter infundenda, coquenda, ad consumptum tertiæ partis. mane, interdiu quæ potandum, usque ad perfectam sanitatem. cognoscendum ex omnimoda accidentium remotione, & operationum bonitate.

Empiricum.

In morbo galleco recipit radicem cynæ puluerizatæ. ligni indici puluerizati, corticis huius pul: sarsæ perillę pul. añ. ℥. 1. aquæ fontis, uel putei 5. ℔ 6. infundunt horis 24. lebete lapideo. deinde bulliunt ad consumptionem tertiæ partis. Refrigeratũ, & colatum vitreo reseruatur uasę. Dein eadem aquę quantitate ebullita ad tertiæ partis consumptioné, deseruere faciunt, infrigidant, & uitreo uasæ reseruant: primum decoctum exhibent mane & vesperi ante cœnam pondere 8. uel 10. vnciarum calidum & immediate passularum coclear unum. cooperti lecto dormiunt. & horis 4. post panem biscotum cum passulis edunt.

Decocto secundo.

Ad placitum potato. Diebus 40. continuis.

Aliud.

Decoctum cinæ cum medietate uini, & aquæ medietate pręparant antiquum gallecum difficilem curantes.

Alia

Alia.

Non desunt, qui simplicia uentrem soluentia vna cum cina bulliant, sene. Polipodium. Turbith. Rabarbarum. Hermodactilos; similia. & Alia.

Quidam cũ alterantibus simplicibus. betonica. iua. stechade. agrimonio. asplenon. cicorio. & cõ similibus bulliunt. pro diuersorum affectuum opportunitate.

Mixtum.

Miscent quidam diuersis intentionibus, ut pote, ad prouocandum lotium, apij radicem. Ad uentrem emolliendum maluam cum cina incoquunt, uel eius puluerem, uelut solent in guaiaco, cum de cocto propinant.

In duplicia vasę.

Eligendum optimum, atque pręeminentissimũ. melius enim euadet, cum, nec respiret tantum, aut exhalet. Nam optima pars, atque tenuissima, quan tum licet, certius conseruatur.

Compositum.

Ex cina uariisque simplicibus, & compositis intentionibus diuersis, membrorum. Affectuum. Tẽ peramenti. sexuum, temporum. etatum, ac reliquorum. Tum naturalium, quam non naturaliũ variis prętesnaturaliumque dispositionibus.

Varia decocta.

Commune, ut supra, Vini decoctum duplex.

Dispositionibus autem, duplicibus quibus aqua non conuenit. Languentiũ, ut pote, frigidioris uen triculi, fęminarũ, & huiusmodi. Vel uini tantundẽ medij, albi, aquę decocto additur feruenti. Vel

solo

ſolo hydropi, colicæ, ac ſimilibus, radix deferueat, ut ſupra de aquæ decocto, vino.

Debilium decoctum.

Imbecillioribus decocta parantur diuerſis carnium ſublimatibus. Et pro diuerſis præternaturalibus diſpoſitionibus variæ vulgo inſtillationes.

Sublimatum pro delicatis.

Fieri quoque poterit, tum ex infuſis, tum ex decocto. Ac pro delicatioribus expreſſis, tam aquæ, quam uini. Ex quo.

Vitæ aqua.

Secundum artem conficitur.

Muſtum conficitur vinum.

Tota etiam uita uel tempore, quocunque bibendum infuſa horsi 24. libra media, plus, ac minus, &c. In aquæ contuſis vuis permiſcendæ præbullitæ, ad decrementi placita, expreſſæ, ac, ut ſupra refrigeratæ, additis ad libitum indici corticibus, aliisve propriis.

Tempus, & vſus.

Dierum 30. ex quibuſdam 24. vſu communi 19. Quo ferme omnes utuntur, ac maxime ſenes. vt octogenaria ferè D. Iacobi Canalis mater immobilis, ac paralitica, profectu maximo in articulorũ, membrorumque naturalium grauiſſimis doloribus a paralyſi liberata decoctum, hoc potauerit. ſilentio præteribo plurimos, ſummum mundi Principẽ Carolum V. Imperatorem ulteriori tempore, ut adã gium permanſerit, quoties cum hoſtibus confligere deſtinaſſet, ac tunc temporis hauſtum. tempore

itaque

itaque quouis, uirę etiam totius, ætatique cuilibet, Nec prępurgato, ſatius licet lænito corpore, ſecurius exhiberi valeat.

Vtrum, deſcripta vltra tempora, longiori utenda ſit tempore.

CVm medicamenta præterquam, quod facultatem ad prauorum conſumptionem dirigāt humorum. Adiuuent, lædantque etiam corpus alterando ſua pharmacali operatione. Vnde ſępe fit, ut exinanito corpore, & imbecilli facta uirtute, neque praua morbi temperie penitus ablata, medicamento continuato purgante, uel alterantę, noue ob virtutis debilitatem male regenerantur materiæ prioribus deteriores, temperies ſeu praua derelinquatur, uel reficiatur. Vnde dolores fiant, morbi, ac ſimpthomata deteriora. Dicam Ego a cina pharmacalem abeſſe facultatem. Cum tempore omni exhiberi poſſit, ac vitæ tempore quocunque abſque diſcrimine propinari valeat.

Quibus propinari habeat.

Calidis temperamentis ex quibuſdam. Velut ligni ſancti frigidis.

Illinitum.

Vlceribus prauis curationem reſpuentibus linteis decocto collutis & madidis obtectis medetur.

Spuma, & ex ea confecta.

Pręſtantior decocti cinæ pars & reliquorum, dū feruet, ablata. Membris dolentibusq; applicita vlceribus quibuſuis & cacohethicis confert. Ex qua uaria cōficiuntur. vnguenta. ellectuaria. ſyrrupi.

 Conditur

Conditur radix.
Saccharo. Et fit

Confecta.

Puluis.

Cum decocto propinatus ventrem mollit. Quo diuersa conficiuntur.

Ellectuaria, razea, Martius paniscon-
serua Morselli.

Ad edendum, lambenduque varia. Quæ
Membra confortant. spiritus, ac virtutes.
Leniunt cum Manna. Tamarindis. & reliquis.

Pillulæ, ac Trocisci.

Soluentes cum habarbaro. agarico. Turbith, cæterisue propriis.

Lixiuium

Conficitur ad caput colluendum & pedes, Ex cinere reseruatæ post expressioné ignæ adustæ radicis.

Clyster

Fit cynæ qualitate tenui, aqua sexies, ac septies ad huc pertincta, obstrictæ a decocto aluo, ex tertia aqua; secunda Meliori, prima optima. Ex decocti l. 1. cum sale, oleo, oui uitello, melleue roseo, & pro opportunitate reliquis, egregie faces, atque humores detrahens.

Accidentia ad propinatum decoctum sequentia.

1 Alui obstrictæ 4. 5. 6. seu die 7. cui clisteri supra; succurritur, ante autem non licet, ne minuantur vires, sudor uel diuertatur.
2 Sudoris abnegatio.
3 Vrinæ retentio.
4 Decocti detentio. coniectura, quod cum quan-

titas assumatur multa, nihil sudore, uel altero euacuationum genere exire compareat.

5 Ventriculo innatatio. Nam neque excipitur a venis, ut prodesse possit. Coctionem obtundens vitiat. Et vitiatam, dum alimento immiscetur, corrumpit.

6 Ventris plus iusto fluori. Assatis utatur carnibus. panis iure cinæ madescat. Vnguenta ex miristicæ nucis oleo absinthij, mentæ, &c. applicentur, qua fomenta quoque conueniunt.

7 Virtutum imbecillitas alimentis restauratur, & ut supra, infra, & restituitur reliquis.

Decocti imperseuerantia, seu abstinentia.

Simpthomatibus 7. supra superuenientibus, post 7. diem in robustis corporibus, in imbecillioribus, post 4.

Victus vniuersus.

Cibandi uulgo modus, & ordo, aliæque curationis regulæ.

Aere temperato degat, ac puriori. tempore dieue serena domum egredi posset. Transacto præsertim dierum 24. termino cum secundum potauerit absque intermisione, decoctum, ut supra.

Panem recentem 2. 3. & 4. dierum ædat optimũ bene fermentatum, ex quibusdam melle extensum, iure carnium infra coctum lotum, aut ebullitum, tã prandio, quam cœna moderata pro usu, & ventriculi uirtutis tollerantia. Dactilos. caricas. & similia.

Melle vtebatur Cæsar Carolus V. in cœna decocto illi amico, ac respirationi.

Carnes optimas debilis posset edere pulli. Galli narum, capi iuuenis. Auium nemoralium. Hedinas. vitulinas, quandoque, & similia elixas absq; sale. Permixta ad gratiorem gustum dulcia sint, uelut passulæ, saccharum. mel. & similia.

Oua.

Flatum discutientia, & dissipantia semina anisorum. Feniculi saccharo condita cinamomum, & similia.

Dulcia saccharo & melle parata citri cortex zinziber. radix buglossæ, boraginis. Iringi &

Potus sit decoctum præfatum prandio, cœna, calidum interdiu. Qui autem vsu. Altera seu causa; ventriculo imbecilli, absque vino plurimum lã guẽt, his parua uini portio decocto cõmixta p̃betur.

Reliquis 6. rebus homini necessariis moderate vtatur.

Vitanda.

Aer frigidus. ventosus. pluuiosus. nocturnus presertim

Cibaria pinguia. crassa. salita. suorum carnes. Agnarum. Bouinæ

Accida. frigida quęquæ acetum. omphacium. Mala aurea. limones.

Poma. pruna. cerasa utraque. fructus

Caseus & lacticinia a nullo probantur

Pisces.

Fructus.

Olera.

Exercitium forte & laboriosum. sudor nimius

Inedia summa.

Coitus

Coitus præſertim omnino, ante & poſt per menſem, venereuſque omnis amplexus, Egreſſus e domo aere putrido.

Decoctum liberum.

Cinæ vncia aquæ menſuris duabus incoquatur. Mane, & ante cœnam cyathus eius decocti calidi potetur. Et potus loco prandio, ac cœna bibatur, nullo cibariorum uſu interdicto, quæ ſanis commendamus.

Egreſſus.

Liber ex edibus largitur.

Vlceribus, membriſque dolentibus lintea decocto madida inſigne applicita præſidium.

ACcedit modo Clariſs. Doctorum modeſta repetitio, qui labore inſigni authorum quorũcũq; galleci morbi ſex & 40. ſcripta impſſa ſimul recollecta, cũ iordanę typographo ornatiſſimo, alijsq; pluribus ingenioſiſſimis, viris Aloyſioq; Luiſino rogantibus, ne quid egregio & magno huic uolumini deeſſet. De cinæ, ſpartæ parillæ, duorũ ſtirpium, ultimo, præſenti tempore a medicis cognitarum, hiſtoriam, uires, & operationes, diſpoſitionibus tot præternaturalibus aduerſas, cum præcipue maximas galleci profecto caput herculeas auferentes, ederem. & ſententiam meam proderem. A quibuſdam licet uiris doctiſſimis. nõnulla de his fuerint ſcripta. Et ultimo Fallopij eximij, & eminentiſſimi Fracanciani, ut aiunt, abſolutiſſima, in lucem impreſſioni data. quibus tenetur, quamplurimum

ætas noſtra. Cum, quæ longo labore, & uſu, ratione, & experimento compererint, hominum commodo, & ſaluti declarare non deſiiſſent. Verum enim, cum ſeneſcentes adiſcamus. ſcientiæ & artes additione compleantur. Et iuniores ſemper ſint perſpicatiores: cumque præfatos lectione, & experimento multis præceſſerim annis. Noua Quædam ratione, recto medendi methodo, experientia rationi cõformi addita, natus perpetuo ad commune mortalium bonum, utile, & commoda. Veritati ſolæ additus, hominum, ac uirtutis amore, quicquid ſenſerim ſcriptis meis iamdiu impreſſis. De galleco morbo, ligno uel indico. cynna, & ſarſa pardiglia. Poſtea Hetechen. Vltimo, de carauualgio aluar, nouis mirabilium uirtutum planta. Expromere & lumini dare decreui. Nunc autem ſacrę Radicis ſimplicis in cœlum elati hiſtoriam aggredior.

De ſalſa ſacra, ac Regia.

Nomen.

SArſapardiglia uulgo, ſacra radix, cum aliud nomen nunc non habeam, zarza ſeu ſalſaperiglia, pariglia eo, quod cum ea nullum aliud medicamentum comparari poſſit. ſparta uel pediglia, quando ſpargitur, uel pes digitatus. Salſa parilla ex Matthiolo. Perilla a Fracanciano. Ab Hiſpanis ſparta parilis, humilis Morus ex Veſalio. A latinis, ex Fallopio ſalſaparilia ſmilax eſt aſpera ab aculeis. Ex Græcis Dioſcoridis libri quarti, Trachia Galeni

Mylax

Mylax. Arabum faſeolorum ſpecies.

Delata.

Ab Hiſpanis olim & Luſitanis uera. nunc altera ab illiricorum inſula arba, & a Picentum Macerato.

Orta.

In Hiſpania. certius indiarum nouarum inſula puna a Guaya ciuitate nec diſtante plurimum.

Moles.

Oblonga adeo inſigniter, ut quandoque pedum ſeptem, & ultra radices exceſſiſſe comperte ſint.

Genere triplex.

Indica.

Illirica.

Picentum.

Electio.

Indica.

Forma.

Sacra radix miraculoſa uiſu a nullo nequaquam poſſe produci a Natura tot ſimul radicibus tenuioribus numero pluſquã quinquaginta mira longitudine parallelis lineis equediſtantibus quodãmodo. pedum ſeptenum, & ultra, pluriumve equalium ab una radice, a tam paruo palmę manus trunculo longitudine, duorumque pollicum craſſitiæ prodeant, toto ductu in nullas ſoboles diuiſe. Ni cũ tot uiris doctiſſimis oculis propriis orbeq; omni inſpectis apud Egregium Angelũ de gradi clauiũ 2. inſignæ cãpi diui Bartholomæi Venetiis Seplaſiariũ multoties, uicibuſque reiterato pluribus cum uariis, diuerſiſque doctoribus conſpexiſſem, & examinaſſem, neque gigni unquam potuiſſe credita radix prope plantæ ſtipitem inſigniter craſſa ad policis,

ſeu duplicis craſsitiem, dura. lenta. uiſcida. Ad frā gendum contumax. Breuis, ex veſalio, denſiſſime geniculata capillamentis multis cineritiis, ſeu nigri cantibus fibrata circa terrā ſerpentibus plurimis ra dicibus ex maſſa, tenuioribus procedentibus tot ſi mul numeroſis. ſtirpis ſane genus, dum uireſcit, ex quibuſdam uolubilis omnino genus uel ſimilis lupullorum modo ſæpes aſcendens uitis inſtar, tam albæ, quam nigræ, & conſimilium ſuper arbuſta eorum extremis ramis conſcendentium. Ebullis, ex Matthiolo, ſimilis. Folia habens è, rotundis caulib. ex theophraſto. hederacea, ramuſculos multos tenues rubi modo aculeatos arboribus circunuoluta ſurſum deorſum ſe circunagens, ex Galeno, diuerſimode circunuoluta clauiculis plena, florem candidumuiculis plena, florem candidum. Fructum fert racemoſum. cum maturuerit, ſubrbentem, ac baccis inſtar rotundum, guſtu leuiter mordentem acrimoniam quandam habent calefacientem. cum autem ad nos indica eligenda, ut ſupra, ſolummodo ſicca & ſola radix deferratur, ſi acuratius aīaduerta tur, ac diligentius a fuſto policari diſcurſu quocū que & ratione quauiſlibet, neque uolubilis omnino ſpecies, neque lupuli. Cęteriſque circa arbuſta extremiſque ramis ſerpentibus & aſcendentibus conſimilis, cum illis aduerſa radicibus circa terram po tius ſerpens incedat, uolubilibuſque conuerſa, & ſmilaci etiam aſperæ contraria penitus exiſtat. Neque plurimum a terra elleuari, ut ex ea Dioſcoridis. Galeni. Plinij. Serapionis. Auicennę. & Arabum

placitis,

placitis, neque phasiolis, neque græcę dolichos, neque Germanicę faselon. Hispanicæ humi increscens claniculis propriis fructicibus se ramis implicantibus incremento suo, ut tabernacula, tentoria, & eorum cameras, fornicesve efficere possit. cum terra uirtute mirabili a cœlo insita serpens terrę diuersimode circumuoluta lateribus quibusuis se circumagens clauiculis plena miræ longitudinis paral lelas efferat radices humiliori sede longas instar con tinuorum simpliciumque ramorum surculos radicum vice deriuantes, ex inferiori sede inuicem proxime oriantur magno numero uelut stipites, seu sarmenta propemodum festucacea exiccatis lupullorū sarmentis comparatæ volubilium putatum, ritu; Quæ sustinentur fulchrum requirere. Et cortices mori immo quodammodo quadratas, absque acruleis interim appareant.

Stirps autem tota in cubiti longitudinem ad cōmodam vecturam, aut sarcinis opportunam componitur citra iacturam, uitis sarmentorum instar com plicata, uerum explicata gigantis ultra longitudinē quamuis cacumina desint, excedit.

Color corticis subniger exterius, uel cineritius existit. Primus maturitatem. secundus immaturitatem indicans. Medullę albedo interius manifesta adultam, citrinitas iuuentam declarat.

Odor omnino imperciptibilis. Qui autē aquę ebullitione percipitur. Permixtione ac igne, uelut cōsimilibus exiccatis ingratus fit quoquomodo male olens, ac insuauis.

Sapor

Sapor insipidus prorsus, Nec minus. Quam cinæ omni manifesta qualitate priuata, ac destituta. ore licet, ex massa, detéta, & masticata amarorem lenem, seu leuem, stipticumque præsefert, qualitate gustum ledente, seu, ex vesalio, acrimonia calefaciente, leuiter mordentem. Loco.

Palustri prouenit & aspero, conuallibus opacis, ex Plinio. Tempore.

Verno, ex Theophrasto, floret.

Temperamento.

Calidam supra 1. & siccam uersus 2. constituunt. sub dominãte, nec priuatã humiditate. Ex quibusdã recens lacte participat. Proprietas.

Galeco a spetie formaq; proficua. maribus cõfert. Mulieri. & pgnãti, ac lactanti. pueris, iuuenibus seni & decrepitis. Anni quoũq; tpe. securitatis medicina vllo absq; discrimine data. Galeci infectiones quasque psanat. tumores duros. vlcera antiqua. & eiusdẽ uitia q̃quæ corporis quacunq; parte. Artuũ. Dolores. arteticos. reumata q̃quæ mirabilius, & usque ad Hydropem cum melle deobstruens, citrinãque lotio aquam æducit.

Facultas.

Calida supra primũ, membris quibuscunque particulisque corporis oĩbus frigescentibus calorẽ restituit. neque immoderatum. subdominante, nec priuata humiditate. Qualitates viuentis conseruantes corpus. Vt medicina sacra sit, & securitatis, ac regia, spiritus, sanguinem, & reliquos humores sanctificens. & rectificat siccitate putredini resistit.

Decocti

Vētriculo recepti, ſemoto galeci mrbo, alterat & manifeſte calefacit, eius Hepatiſque. Deobſtruit, & appetitum reſtituit. calorē auget. Humiditates ſuperfluas quoquomodo exiccat. ſudore & lotium prouocat vlcera ſordida tergit, ac mundat. tumores duros reſoluit. Particulas refrigeratas calefacit. Dolores ſedat. renes roborat. Et omnia tam pectoris, quam capitis. Naturaliumque membrorum, ac inteſtinorum uitia, frigor læſe, corrigit. iuncturarū dolores, neruorum, lacertorum, aliarumque partium ſanat.

Flores, & fructus.

Soluere aiunt uentrem. & materiam humori per mixtam pituitoſo plurimum educam.

Decoctum commune fit, ut ſupra.

Decoctum Neotericorum.

Salſæ electæ recētis per medium diuiſæ, ac minutim in fruſta conciſæ, mortario contuſæ, uncias quatuor infundūt horis uigintiquatuor, in aquæ libris 16. olla, uel lebete lapideo. Dein bulliant ad medietatis conſumptionem ſpuma lapideo vaſę reſeruata, doloribus, tumoribus, vlceribus: exterioribus cutaneiſque medenti affectionibus, refrigerata percoletur vitreo conſeruanda vaſæ, aqua prima eius octo, uel vnciæ decem in aurora potandæ, plus, minuſue, pro morbi exigentia, languentis ſeu tollerantia, paſſularum coclearibus duobus eſſis, Lecto horis duabus ſudore prouocato, poſt horis quatuor prandeat, biſcotis uncias 4. paſſularum

vncias duas, bibat secundam aquam ad uentriculi tollerantiã, ita præparandam. ebullitam semel sarsam libris aquæ 12. ad medietatis consumptionem deferueat, refrigerata, collata, uitreo reseruata uasæ prandio potatur, ac cœna, mediisque temporibus. Postea horis 8. a prandio aquam denuo primã bibat, & ut supra, lecto sudet, & post horas quatuor, cenet breuius cum biscoti untiis tribus & passularum duabus. Ad libitũ dein dormiat diebus 9. seu 10. aluo constricta leuem assumat pharmeum leniẽtem. Neruorum dolore proprium, cæterarum atque partium. si autem morbus, neq; simpthomata, alleuiata fuerint. Decoctum fortius fiat mediam ultra partem deferuens. eiusque maior potetur quãtitas unciarum 12. & ultra, vsq; ad 20. dies. Et tunc denuo expurgatur. Ac prȩter biscotum & passulas, carnes ædat optimas pullorum. gallinarũ. perdicũ. volatilium nemoralium. uituli. hȩdique lactantis. uinumque potet pauciferum aqua cinamomi & passularum dilutum, usque ad uirium instaurationem. aerem uitans frigidum. cibariorum crassorum carnis. s. suinæ, agninȩ, bouinæ, leporis, & similiũ esum. A caseo caueat. lacticiniis quibusque. piscibus. salitisque rebus. sudorem fugiat, nimiamque inediã. Venerem, atque omnem. Ne forte corporis inanitio ne virtutes a proprio impediantur munere, uel resoluantur. Virtute etenim impedita, uel resoluta auxilium nullum saluare potest. Quoniam uirtus est illa, quæ sanat.

Decoctum

Decoctum antiquorum, seu primorum.

Aqua prima.

Sarsæ minutim incisæ & contusæ vncias 4. aquæ libris 8. infundunt horis 24. & aqua proiecta. aquę tantundem bulliunt ad medietatis consumptioně, collaturæ potantes mane, ac sero uncias sex uel 8. lectulo sudet, ut supra. cibus sit biscotus cum passulis & amigdalis. potus sit, sic præparata.

Aqua secunda.

Sarsæ uncias duas infunde horis 24. in aquæ lib. 8. qua proiecta in tantundem aquæ salsa posita ad medietatis consumptionem deferuescente, Et colacta tam mane prandio, quam cœna ad libitum pro vẽtriculi tollerãtia 20. diebus bibatur, & pharmaco tũc purgetur eger. Et carnes, ut supra, ædat, vinumque pauciferũ aqua 2. dilutum potet. sicque 20. die egro non conualescente, usque ad 40. diẽ procedat.

Decoctum aliud nec a superiori dissimile multum. Aqua prima.

Salsæ vncias 4. incissæ & contussæ aquæ lib. 10. horis 24. infusę ad medietatis cõsumptioně deferuescentis colatæ, ut supra, mane, ac sero potandæ, &c.

Aqua secunda.

Super sarsam semel prius decoctam iterum ponũt lib. 12. Aquæ bulliědæ ad medietatis, consumptionem, & colatæ prandio cœnaque bibendæ.

Decoctum ualentius conficiet. Aqua prima.

Sarsæ vncias 6. libris aquæ 10. imponens infundědas deferuescẽtes, ad medietatis, cõsumptioně, &c. dosis tam mane, quam sero vnciæ octo.

Aqua

Aqua ſecunda.

Fit uelut, ſecunda ſupra.

Languens natura, ſeu morbo debilis carnes, ut ſupra, ædat. Aquam 2. potans. prandiumq; ſit horis 6. poſt aquam 1. horis autem 5. a prandio denuo aquam 1. bibat.

Decoctum alterum.

Recipit ſalſæ vncias 8. aquę libras 15. infuſio fit. Deferueſcit, & ut ſupra, de qua quoque ad libitum prandio, ac cœna potatur. tranſactis uero 12. diebus carnibus, ut ſupra, largius, uſq; ad 20. dië cibat.

Cum autem in ſarſa ſint uirtutes oës. uelut in ligno indico, ſed debiliores, medici nonnulli eius uirtutem augent ligni & corticis permixtione, aliarũq; medicinarum, ac ſimplicium mixtione.

Decoctum ad gallecum, alioſque difficiles languores, aqua prima.

Salſæ inciſæ, &c. vncias 4. corticis ligni vncias 2. infundunt, 24. horis bulliunt &c. uſque ad conſumptionem, 3. partis. Vel medietatis, pro ualentiori, colata prima eſt. mane, ſeroq; potãda. diebus 20.

Aqua ſecunda.

Fit tantundem aqua ebullientes ſuper prædicta, ad cõſumptionem tertię partis prandio, cœnaque bibenda.

Decoctum aliud. Potus 1.

Sarſæ vncias 4. corticis ligni vncias 2. in aquæ libris 10. uini albi optimi libris 5. infundatur, & bulliant ad tertię partis conſumptionem dies octo, ſeu decem vnciæ mane, ueſperique potande.

Potus

Potus ſecundus.

Sarſæ tantumdem, aquæ, & vini, ſupra prædictas, ad 3. partis conſumptionem colata, &c. prandio potatur, ac cœna.

Præparant quoque ſæpius ſarſam cum ſimplicib. propriis membrorum, & lãguorũ in febribus a prædominio biliofis, cũ cicorii, endiuiæ. boraginis, pituitoſis aũt & craſſis betonicæ, eupatorij, aſplenon feniculi &c. añ. m. 1. cum ſarſæ unciis 2. in libris aquæ 2. horis 12. infuſis, ad 3. partem conſumptis, mane, ac veſperi bis in die potandis horis 4. ante cibum. In aliis quoque cronicis ſanatuque difficillimis uelut iuncturarum arctuumque affectibus, iuã addunt ſtechas. Achorum, ſaluiam, ac ſimilia. ſolutiua quoque fiet, ermodactilis additis, ſena, turbith, & conſimilibus.

Papulis tum bugloſſo, lupullis, Fumiterræ
Capitis dolore cum betonica.
Aliis membris cum ſtechade, Iua
Lotij difficultate.
Obſtructionibus multis cum agrimonio.

Decoctum ianuinum.

Fit cum unciis 9. ſarſœ minutim inciſæ in ciathis 13. aquæ cum uncia vna herbæ, quam Galenus herbam auream. & 3. ij. thuris, maſticisque, ac cinamomi totidem, panis atque medio bulliant. Ad medietatis conſumptiouem. Cuius decocti continuæ tepidi potet patiens vncias nouem, ſeu plures, mane in aurora calidas multum lecto coopertus, ut ſudet, neque linteamina

mutet,

mutet, exiccentur solum per 9. dies.

Comedat languens panis uncias sex, passulasque veriores, uulgo cibibium a sole, vncias 3. bibens semper præfatum decoctum, usque ad dies 9. &

Pharmacum assumat congruum. postea nouem quoque diebus

Carnem edens uitulinam, mane

Vinum potet limphatum

Aqua cinamomi,

Sero ac cœna passulas, ac panem comedens. & transfactis diebus 9.

Mensibus 4. patiens cibaria praua aufugiat

Lacticinia. pisces. sallita. olera. & coitum. & Dei gratia sanabitur eger.

Alterum.

Farina ex radicæ sarsæ conficitur per tamisiũ extrahenda spissiorem remanentis in tamisio unciæ duæ bulliant in aque paruis amphialis ad mediitatis consumptionem, & in aquæ ciatho magno ponantur farinæ prædictæ dragmas 2. & singulo mane ante prandium in aurora horis tribus tepida bibatur, & ante cibum bis & ter potetur. consimiliter fiat ante cœnam.

Colericis, sanguineis, melancolicisq; adustis plurimum confert, non autem phlegmaticis, eius proprietate. Purgat etenim, & non corrumpit, neque inueterat. & experimento toto uitæ tempore assumpta, absque corporis, alteriusve membri læsione, conseruat.

Obseruanda.

Diebus 3. primis, si possihile sit nihil ædat: sola

hanc

hanc bibens aquam, ac totam. Et hoc fiat pro posse, & ad patientis placitum. Nam pro uiribus, naturæque ro pore sanantur, quidam in decem diebus. quidam autẽ quandoque diebus 30. nec sanantur.

Comedat pullos tātū vitulinamq; carnẽ moderate

Potet solam hanc aquam.

Coitum uitet, mensibus quatuor post curationem. Qua finita.

Regula recta uiuat Ne recidiuet, uelut reliquis prę ter naturam Dispositionibus fieri solet.

Neque desunt, qui sarsam solutiuam faciant.

Salsæ vncias 2. passularum uncias 4. senæ uncias 3. infundunt aquæ libris 12. & bulliunt ad consumptio nem 3. partis &c. Dantes semel in die uncias sex. Quæ continua exhibitio non est omnino tuta. Quoniam timorosum uentrem soluere super uentris solutionem.

An autem eradicantibus soluenda aluus decocta potantibus.

Errant quamplurimum empirici, sineque methodi ratione est, hebdomada qualibet bis pharmeca, ut pote senam stomachi conturbatiuam, laboriosam, ac uenẽosam scamoneā, ac pillulas exhibere indicū assumẽtibus, cinam, ac salsam, quorum proprium est sudorem lotium atque prouocare. Ventris autem solutio aduersatur.

Spuma sarsæ.

Super dolentia membra dolorem alleuiat, mulcet, ac sedat, super duros abscessus lineis madefactis pannis mollit eos. & ulcera sanat. Alterat manifeste,

naturalem calorē auget. Humidas superfluitates exiccat. super vlcera sordida terget. & eā mundificat. supra tumores duros posita eos resoluit.

De Huysan beata radice.

Species duæ.

Assumantur ambæ.

A grauissimis dispositionibus præter naturam insignique languore correptis.

Infunditur horis uigintiquatuor Huysan libra una, seu duæ. Eaque humidate uirtutum plurimarum sufficienter acquisita, contundatur. & exprimatur succus uelut spuma alba, expressus uasculi parui aurora, calidus, ac sero potatus. Ex quibusdam cum saccharo. Ex aliis cum melle. Ex quibusdam solus ad placitum, ac pro temperie captus, uentrē bis, uel ter in die commouet, humoremque requisitum ęducit.

Decoctum sanctum, benedictum, sacrum, beatum. Regia uirtute qua simplici dotatum.

Vitæ toto tempore quocunque, sexu habitu ætate quaque, & a prægnante, enixaque potandū, euacuatione nulla indigens, nulli noxiū, omnibus prodest, somnum prouocat. Membra, spiritus, & virtutes omnes confortat, primum decoctum.

Coquitur libra vna radicis Huysan, libris 18. aquæ ad medietatis consumptionem. Huius decocti pōtatur cyathus unus magnus nouem, duodecim, quindecim, aut uiginti diebus, pro uiribus, & pro ut se se habuerit assumptor, edens, uel non comedens. Post quos sigillatim dies fit.

Secundnm decoctum.

Fit ad consumptionem tertię partis sumēdū diebus

plurimum,

plurimum, usque ad conualescentiam veram.

Tertium decoctum.

Vnica ebullitione fiendum ulla, absque consumptione, uel parua toto uitę tempore potandum. quod plurimi sanissimi bibunt. & imperator id bibere potest. cum nulli officiat, immo somnum conciliat, & confortat, neque in hoc necessarium est, ante, neque post corpus velut fit in ligni indi decocto, euacuare, licet, hoc prudentissimi, ac sapientissimi, expertissimique medici recte cognoscẽtis superfluitatum corporis copiam & expurgationis necessitatem.

Dieta dierum viuendique regula.

Edenda panis naualis, communis duorum, uel triũ præstantior,

Amigdalæ. Pistachia. passulæ.

Carnes pullinæ.

Tertius sanandi modus, vnctio. Cap. XI.

CHirurgi medicis audatiores causticis primo pustulas exurentes. Ne immenso labore contangentes singulas toties admoto medicamẽto fastidirentur. Argentum addentes viuum (cum absque illo nullum adipiscerentur effectum) unguenta composuerunt. Et quemadmodum uaria humorum corruptione inualescente, uaria potamus medicamenta. Ita quoque exteriora velut unguenta hæc, cerota, suffitus, & reliqua pari imponantur obseruantia.

Inunctio autem iuncturarum, quæ fit ex argento viuo saliua hominis iuuenis, calidę complexionis, bonæ habitudinis, stomacho ieiuno mane, uel sero collecta.

Qua ciarauli a serpentibus uenenosissimis demorsis
gentes subueniunt, & qua, celsus, papulas quotidie de
fricari præcepit, quam & puerorum lichenibus adh
bent græci, qua & nostræ muliercule, circa puerorum
mala sananda nullam magis præsentaneam medicin
nouere, mortario marmoreo, ac pistillo ligneo forti
terrendo, x, diebus continuis extincto, per mēsem quic
scente, ac semel denuo singula hebdomada sputo sim
li fortiter contrito, mercurij siquidem ueneno ammo
to, tanta ui, ac uiolenta iniuria uehementissimo, ac in
credibili motu intra stomachum, quod in summo co
pore morbi est, compellente, inde sursum effumant
ad cerebrum, unde exitum querente, gula, & ore, ui
largiori sputum absq; intermissione defluit omni pro
tinus fœtore olentius, tanto contagio, ut quicquid
aluisset statim inquinaret, ac pollueret, unde & labi
sic contracta ulcus trahunt, & intus bucce uulneran-
tur, fœtet omnis circa habitatio, ut perire morbo plu-
res, quàm sic leuari mallent, & maximo premio quad
estimatione medici inunctos visere refugiant, atq; oris
teneriores ulceret partes, fauces, linguam, & palatum
intumescant, ac gingiuę, duriores uero uelut dentes ti
git, maculat, limosos, & fœdos reddit, hos corrodit, ac
decidere, uel uacillare cogit, & horum ligamenta rela-
xat, suffocat, Extra appositum, uel potatum, de simpli-
cium facultatibus, occidit, paralisim, tremoremq; ad-
ducit, epilepsiam, & mortem, membrorum inflexus, au
ditui obest, oris fętorem parit, uisum obtenebrat, im-
mo, ex Dioscoride, fumus eius animalibus pessimus,
sensum, & uoluntarium motum destruit, colorem pra-
uum, ac putridum, os, uulamque reddit, &, ex Pli-

xiij. omnium uenenum existit, mentis alienatione
rit. Ni ori accuratius intendatur. Verum enim in
incipio infrigidantium, ac sistentium collutione,
Gargarismo utendum non erit, talem sursum, eua-
rationem prohibentibus. Ne uenenosi fumi inte-
us reuocati latiori uia resolui prohibiti, nobiliores
articulas, cor, & cerebrum repentes, eius tremores, ac
enesim inducant, uel ad guttur translati egrum suffo
nt, obuiabimus his tamen lenientibus intus, & extra
assia, manna, & similibus, prçsertim ore tenentes
umen, hinc inde uolutatum, aut frustulum, uel au-
puri denarium: aut decoctum. hoc lene cum iuleb
iolato; Recipe hordei mundi ma. 1. radicum buglos-
e, uiolarum, passularum añ. M. 5. seminis citonio-
um 3. i. bulliant ad crepaturam hordei, ut confortet,
c præseruet oris partes omnes nobiliores à futuro no-
umento, refrigeret, ac fracturam prohibeat ad igno-
biliores superfluitatibus propulsis sagaci, ut solet, ac
perita uirtute naturæ: Saliua autem hoc modo recti-
icatum, & a ueneno purgatum argentum uiuum in-
festa hæc simpthomata non adducit, nec os, nec lin-
guam, neque palatum, aut guttur grauius ulcerat;
exiccat autem, resoluit, abstergit, subtiliat, inci-
dit parte aquea consumpta, ac terrestri sulphurea
uigorata.

Assungia quoq; porcina uiolẽtius, naturæ humanæ,
cuius pinguedo p̃stãtissima foret: ni Iesum timeremus,
& pro qua ponit amica, mẽbra cõfortante, uias, formæ
asperitatem, & medicinarum siccarum substantiam
unctionem ingredientium leniente, subtilitate, ac

G 3 eius-

eius ingressu habilitato, hoc eius acuitate, non autem.

Aqua vitæ abluta alchimistarum inuento, ac protei norum sententia, hoc fienda pacto. Ponatur uinum nigerrimum substãtia, ac sapore medium, nec dulce, neç acidum cucurbita vitrea recta, uel curua communi, capello, ac recipiente recte unitis, & uasæ eneo balneo. s. Mariæ ad ignem stilletur: Qua distillatione diuisorio curuo, pilla diuisoria, flegmatis recipiente, ac aquæ insimul coniunctis. Vel cucurbita palmorum sex oblõgioris colli. Capello, ac recipiente secundo eodem balneo stillabit aqua vitæ perfectissima, ac spiritus ille transmutatorum sanctus, cum venule capello comparere inceperint, signum flegma sursum conscendisse. Quæ tunc optima çensetur, si ea pannus lineus madefactus igne comburatur, vel supra oleum. (Quod est reliquarum aquarum oppositum resederit) remittenda præparata modo à tella sua expurgata, & setone, sicut cassia extracta mortario marmoreo tribus diebus continuis fortiter contrita aqua frigida pura diluta, secundo rosea, ultima fumiterrea, pro diuitibus, ac delicatis, macis, cinamomum, gariofili, grana paradisi, rosæ rubeę, cortex citri, nux muscata, aqua fontis horis xxiiij. infusa in hac bulita, addito demum musco oleo roseo resoluto, ac ambra. His tribus essentiali omnium unguentorum materia, ac basi, saluia, sticados, tyriaca, olibano, storace utraque, camaleonta, iua, betonica, perforata, camedreos, radicibus acori, mirrha, mastice, lauri baccis, & aqua uitæ. Calida autem, ex paulo, mercurij corrosiua uirtute, lithargirio utroque, succo plantaginis, fumiterræ, buglossæ,

glossæ, boloarmeno, minio, corallis, cinere uitis, plumbo usto, scoria eius, rubigine ferri, camphora, cinabaro, sale communi, ac usto, & nitri, uiride eris, resina pini, terbentina, ac cerusa correcto, in tuberibus addita galline, anatis, anseris, suis, taxi, marmontani, asini, muli, ursi, hominis, uel ungulæ bouis pinguedine suo calore, & humido duricies, ac tumores resoluēte, membra quoque lesa confortante, radicibus alteæ, acori, brioniæ, fenugreco, semine lini, licet etiam doloribus præsentibus Liliorum alborum oleo, sisamino, amigd. dulcium, ac magno affectu iuniperco, oliuarum antiquo, irsco, camomillino, anetino, abietis, olibani, terbentinæ, ac baccarum lauri omnium optimo, masticino, laudino, nardino, uel butyro mensæ Maio coacto, medulla cerui, sepo hircino, ac ceruino, melle rosato, unguento dialteæ, terreis uermibus oleo maceratis, ac contusis, radicibus enullæ, ebuli, squinanti, vino odorifero, euphorbio, & castoreo, aluecariorum cera tale unguentum diu super locum conseruante, serapino, galbano, & armoniaco in aceto dissolutis, addantur & consimilia confortantia neruos, ac argenti malignitatem extinguentia, harum enim medicinarum auxilio ad debita transfunditur loca. Butyro quoque, ac limaciarum succo, at non uis tante poterit extingui.

Vel impermixtum uasæ uitreo sublimari.

Aut, ex Zeber tertio. Patella uitrea, uel lapidea fundi acetoq; fortissimo opertum ad eius euaporationem lento diuidi igne, & toties aceto collui terreitate ammissa donec calore efficiatur cœlesti) ante prādiū horis v. uel prestātius ante cœnam duabus, ungātur strenuis manibus igni coram, uel estuario assidue intensius

calido cubili clauso cauentes semper à uentis, & frigore, ac, ex Principe, Ne stomachi, & nobiliorũ membrorum partes inungantur. Inchoantes à iuncturis clauiculæ Pedum. Postea Genu, dein cubitorum, postremo Manuum, & quandoq; uirtute ualida, ac forti Inguinum, Ancharum etiam, & Spatularum, Spina, Ceruix, ex alijs ac Tubera. Nam si Cor per Arterias, Epar per uenas, Cerebrum per neruos toti colligetur corpori, ut quandoq; ulceris parui putredine in quo notabilis arteriæ ramus sit Sincopis fiat, si neruus pasmus, & si uena Febris; Cum autem in iuncturis Arterie, Vene, ac manifestentur Nerui, his Totum quoque Corpus alterari necesse erit, stupa dein calida canapina cooperiantur, ac ligentur, horisque duabus eger sudet, Laxus Gallinæ, uel alterius carnis ius potet, perseuerantes ad materiæ uirosæ ex ore manifestum exitum cum dolore, ac gingiuarum inflationibus, ex Authore enim de scabie breuiarij Secundo, Vnguento saracenico inungantur pedes à genibus inferius, ac supra tribus digitis bis in die, flegmate incipiente resolui, ab inunctione recede. Si uero multis sputis fiat asperitas, & in gutture dolor, Mel roseum exhibe, Egro autem multum debili Zuccarum roseum, buglossatum, & consimilia trade, Velusque ad uentris fluxum, aut Sudorem, uel apparẽtem pustularum, aut dolorum diminutionem, Tumorumue resolutionem, aut Vlcerum concoctionem, Nitorem, incarnationem. & cutitionem, Factis inunctionibus diebus quibusdam, manifesto, ac impedito magis ex ore fluxu, ualida uirtute Communem uenam, uel dexteram Basilicam pro morbi commodo flobothomato, Interungendo etiam proprio quodam propina-

to

to pharmaco, materias quascunque ad os currere nequaquam permittente. Verendum est enim Ne postea, esthiomenentur, & putrefiant, ac partes oris, Lingua præsertim, uelut sæpius contigit, corrumpatur, si uero, uelut quandoque fit, nil exeat ab ore, nec à uentre, ulla neque appareat alteratio, aut manifesta euacuatio, Hesitante medico de dierum numero, ac unguenti quanto, cum certa de his regula dari non ualeat, optimo medici Iudicio submittenda potius, quandoque enim interpollandum, quandoque prosequendum putamus usque ad superiorum apparitionem, pro uirtutis robore, uel ad minus usque ad lassitudinem semisincopalem, signum, uirtutem in materiam, ac humorem bonum, quo intus adseruatur calor, egisse, etiam si oporteat, ultra dies quinque vij. ix. ac etiam. xxx. exempli gratia, uel pluribus inungere, Et quia dentium, & gingiuarum dolore, ac oris inflammatione egri masticando comedere non possunt, Panatella, seu contuso, uel Iusculo ordeaceo, aut ouo iure dissoluto, ac uino albo boni odoris paucifero, aut cum equalibus cibandi erunt. Loca autem inuncta neque abluito, nec camisiam, neque linteamina mutato usque ad perfectam oris salutem, & materiæ morbi euacuationem. Ni resolutione nimia sincopis contingeret. Aut subita, ac magna oris ulceratio præfocatiua, uel dissinteria, aut aliud. Stupis tunc enim, ac unguento ammoto uino calido simplici, uel camomilla, absinthio, matricaria, rosmarino, squinanti, sansuco, rosis, calamento, origano, Nuce cupressi, melle, sale, alumine, saluia, betonica, sticados, & similibus decocto, barbitonsoris lixiuio, uel odorife

ro ad tertiæ partis consumptionem uino iuncture colluantur. Diuertunt enim, retinenturue materie ne ad superiora conscendant. Atque confortantur loci ne antecedentem materiam facile amplius admittant.

Vnguentum autem fit hoc modo, Cuius exemplo uaria componentur, additis, ac mutatis correctiuis, ad mẽbrorum, Morborum, & causarum diuersitatem, Ne uno sanare collyrio oculos uideremur omnes.

Recipe Mercurij saliua extincti, ut supra, unc. v. minus, ac plus si oporteat uirtute fortiori, & egritudine maligna, ac si patiens à leui Vnctione nõ alteretur. Assungiæ porcinæ pręparatæ, ut supra, unc. xiij. pinguedinis gallinæ unc. ij. olei Iuniperi. ℥. i. olibani, saluiæ, lithargirij, cerusæ añ. ʒ. vij. aquæ uitæ. ℥. i. ʃ. mercurius sola assungia, si saliuam non habeas, ac laborem recuses, mortario fortiter terrendo mortificetur, successiue reliquis additis diu agitatis, & ad perfectam Vngnenti formam duobus, & pluribus diebus, ut fermentetur, dimissis.

Quartus sanandi modus, Cerotum. Cap. XII.

DE arte Hippocrates, Ars est, quid nouum inueni re, quod optimum sit. Hocq; esse sapientię officinm, quæ imperfecta sunt perficere. Cum autem hominum quidam Pharmaca omnia abhominentur, & quidam uiolentam Vnctionis uim, ac Iniuriam perhorreant, Cerotum quoq; fit securius, nobilius, ac delectabilius Vnctionis loco forma solida: supra corium, uel pannum lineum extensum iuncturis omnibus superioribus applicandum, ac de tertio in tertium renouandum, usque ad apparentem gingiuarum, ac reliquorũ pręfatorum signorum apparitionem. Tuberibus quoq;

appo-

apponitur, Vlceribus, ac Doloribus, Vnctione quippe mitius, at uirtutis unius, cui mercurius quoq; addi, ac diminui pro uirtutis, ac morbi robore poterit. Hoc pacto.

Recipe Pinguedinis porcinæ præparatæ ut supra, Mercurij saliua extincti añ.li. ʒ. incorporentur cum pistello in mortario, postea adde thuris.ʒ.iij. lithargirij, cerusæ añ.ʒ.i Dein, Recipe serapini, armoniaci añ. vnc. iiij. resinæ pini, terbentinæ añ. vnc. v. dissoluatur Aqua ardenti ad ignem, soliditate aquisita gutta frigido iacta lapidi dura, ac frangibili, tepefactis baculo semper agitatis adde unguentum ad incorporationem, Dein ceræ. vnc. ij. ac ultimo lithargirij pul. vnc. iij. agitare nõ dimittentes, & fiet Magdaleon seruandus. Additis quãdoq; oleis camomille, anethi, nardini, crocei, laurini, liliorum, pinguedine uituli, uiperæ, euphorbio, Ranis uiuẽtibus, lumbricis uino dilutis, succo radicum ebulli, enulle, squinanti, sticados, matricarię, uino albo odorifero prębulitis, storace ultimo liquida apposita.

Post perfectam ex Vnctione, vel Ceroto materię euacuationem, linteaminibus, ac sudarijs. A balneo continentes ne spargeretur, aut resoluatur uirtus, sicut mercurij fit medicamento, seu exilis spiritus, recidiuam seipus incurreret, paucioribus diebus leuamine perstantę, Imo apopletici quidã, & epileptici fiunt, eger optime abstergatur.

De Vnctionis, ac Ceroti accidentibus. Cap. XIII.

VLcera oris, palati, lingue medicamenti iniuria, uel ex. Gal. xxiij. tertia biloso humore excoriatio, ac Gingiuarum excarnatio, calditas Gutturis maxima, Lingue, & Faucium inflatio, uel dolor Dentium,

deni-

denigratio, uel Relaxatio, medentur imprimis assidua quibusdam diebus oris collutione hordei aquæ mediæ ebulitionis gargarismo. Vlceribus cum calore additis diamoron, ex Gal. de compositione medicamentorum ad loca Sexto, curæ communis omnium flegminantium oris particularum cum stomatichis, & orilibus pharmacis. Aut nucum succo diacaridio quorumcunque efficacissimo, uel uiolaceo syrupo calorem extinguente, & confortante locum. Postea melle roseo. Dein plantaginis cum hoc ipso aqua, ac in principio, & augumento Aqua buglossæ, uiolarum, endiuiæ, & consimilium zucaro ad instar Iuleb igne decocta, uel hoc Decocto oris ulcera mundificante, ac sanante. Recipe ordei, rosarum rub. mirthilorum, saluiæ, foliorum oliuarum añ. M. i. uino decoquantur, ultimo addito oximelle, & aceto scillitico.

Dolore autem ingenti utere lacte ouino, uel uaccino calido butyro nequaquam extracto, nec deficiente genas & circunstantes partes oleo roseo inunge, butyro recenti mirabilius dolorem extinguente ore contento. Quo acrius persistente, ab ore materia incessanter fluente, super spatulas, ac nates in primis absque concisione ad diuertendum applicentur Cucurbitę, & scarificentur postea, si oporteat. Dolore autem aucto, ac magno oris tumore, uel forsan estiomeno, aut faciei putrefactione, uirtute constante ad reuellendum Cephalicam uenam, uel communem, aut Basilicam, si a nimio epatis uitio feueretur morbus, flobothomato.

Animalium, Spiritualium, ac Naturalium membrorum nocumento succurritur.

Sincopi, debili ac toto corpore laxo alimētis bonis

illa ipsa corroborãtibus, uelut optimo Vino medio ac aromatico, sicut malutatico uirtutē mirumimmodū resolutā uiuificāte, & cū bene redolētibus ex floribus, ex plãtis, ac alijs ocissime, ex Gal. xi. secūdi uirtutē restaurãtibus uelut maluatico cū aqua & aceto roseo, mēta, maiorana, floribus, & fructibus citri, apio, absinthio, rosa, citonio, maciano, boloarmeno, ac terra sigillata, aqua rosea & aceto cõspersis, uel recētibus rossis nutritis his rorata facie, Extremorū frictione, ac cõstrictione, cum.

Epithimate communi panno coccineo infuso sub mamilla sinistra sepius applicito, additis ad libitum corallis, terra sigillata, bolo armeno orientali, preciosis gemmis præparatis, ac nõ, & similibus. Inungētes post epithimatis exiccationem, hoc

Vnguento gloriosius opitulãti. Recipe theriacę, uel mitridati elect. ℥. ij. succi buglossæ. ℥. ß. olei rosei, nenuphatini añ. ℥. v. fragmentorum cordialium, coralorum rubeorum añ. p. ℥. ß. additis reliquis ut supra, fient quoque ex prædictis ex serico Kermes Sacculi.

Mixturę cordiales cum zucaro roseo, boragineo, buglosseo, uiolato, fumiterreo, margaritis, ac superioribus. Syrupo quoque de pomis, lupullorum, endiuiæ, fumiterræ, capillorum ueneris, buglossæ, aquis cicoreæ, ac præfatorum summo mane potandi.

Ventris fluxum sistes, si fuerit nimia uirtutis resolutio, optimis alimētis, uino rubeo, aqua calibeata, uel stipticis decocta diluto, uētre oleo roseo, seu mirtheo perūcto, clisteri ex aqua ordei immūdi, ac binis oui uitellis lauatiuo, addito oleo roseo, pinguedine Hirci, uel renū caprę, albedine oui, Intestinorū, & capitis castrati iure, ac similibus. Virtute constante nequaquã cõstrin-

gendus ab epidemico morbo infallacissime liberans.

Ventris obstrictio tollitur enemate communi, addito ellectuario lenitiuo, ac huiuscemodi, uel illorum potu, & bolo, ac pro uaria humorum dispositione pillularum, & reliquorum cap. 6. voratu.

Vigiliarum instantiis uirtutem resoluentibus, subuenies odorato naribus, & temporibus inunctis oleo uiolato, uel nenuphareo. Vnguento populeone, spongia narcoticorum decocto madefacta, semina papaueris albi confecta edentes, uel eius emulsionem consuso, aut panatella, lactucam conditam, ac huius salatium. Aut hũc syrupum duabus horis a cęna potantes, Recipe syrupũ de papauere, de nenuphare añ. ʒ. 7. aquarũ nenupharis, lactucæ, camomil. añ. vnc. 1. misce.

Pomum odorandum, ac eo fricanda tempora. Recipe opij thebaici, croci, corticum mandragoræ añ. ʒ. 1. cerę albæ ʒ. ij. misce.

Oris fluxui nimio infestanti proportionales pillulę post cœnam sumptę, & iuncturarum superior collutio suauiter succurrunt.

Hydropisim quam sepius incurrunt materia morbi huius maligna ex ore ad stomachum a quo ac intestinis ad epar per messeraicas confluente aufugient, uel epidemiæ relapsum, stomachũ confortãtes & epar diarodon e abbatis, uel aromatico roseo, triasandalis, dia musco dulci, pliris arcoticon, letificante almansoris, vel Gal. rotulã unã, vel duas mane horis 4. ante prãdiũ exhibentes. Et extra epate hoc perlinito unguento. Recipe infrigidantis Gal. vnc. 2. unguenti sandalini vnc. 1. misce cum succo cicoreæ, supra renes. Recipe infrigidantis Gal. vnciæ 1. olei omphancini vnc. 5. misce,

quorum

quorum simplicibus epithemata, cerota fient, & sacculi, Leui nihilominus semper euacuatione perutentes.

Membrorum autem reliquorum Nocumento, utpote Capitis, coriandro, uel diacori, Pectoris Iusculo hordeaceo mane loco syrupi prandio ac cena semper vltimo potato, penidijs, ac syrupo uiolaceo, Membrorum exteriorum saluia, & absinthio uino decoctis Iũcturis, non multum humectandis, collutis, granatorum corticibus, sticados, Ac reliquis particulis suis proprijs simplicibus recte succuremus.

Quintus sanandi modus, Suffumigium. Cap. XIIII.

SVffumigijs quoque ex cinabaro consimilis Vnctione uirtutis, si eorum basis argentum uiuum sit, uiolentissimo medicamine, ex Gal. simp. facultatum. ix. stipticitate quadam, ne materie excernantur, prohibente, ac seuissimo, ad Cerebri, & principalium membrorum consolationem Bene redolentibus additis, ac Correctiuis eius malignitati, & morbi resistentibus ueluti mirrha, belzui, storace, olibano, xilo aloe, sandalis, diptamo albo, tormentilla, gentiana, ben albo ac rubeo, angelica, citri semine, acetosæ, ozimi, doronici, gariofilis, cinnamomo, calamo aromatico, croco, sandaraca, Theriaca, huiusq; & pro Diuitibus mõsco & ambra, Atq; adiuuãtibũs, sicut auripigmẽto, & marchesita, Et si nec ac fallacissimus modus sit, neq; absq; primarũ particularum nocumenti pauore, Immo priuos epidemię cõplicatos, qui suffumigantur, incidũt Morbos, uelut Asthma, Tussim, Hydropisim, & Marasmũm, ut administrandum non sit, nisi inueteratis, uirtute forti, valde praua egritudine in qua alia non contulerint remedia, & cum maxima aeris, ac aliarum rerum non naturalũ

obser-

obseruantia. Nam consumpti, Astmatici, Ethici, cum acuti, uel calidi humoris prædominio, natura, uel quouis modo debiles nequaquam suffumigandi.

Præparandi postea uelut inũgendi præpurgato paulatim corpore, sanguine eiecto, epate ac stomacho confortato, cordi intus, & extra opitulantes non absque ratione, si cætera nõ cõtulerint, utemur, ex damasceno. n. satius est anceps experiri remedium, q̃ nullũ. quo nonnulli ẽt praua abusi sunt scabie. Egro itaq; in loco clauso igne, uel stupha calefacto, præassumptis aurora duobus sorbilibus ouis, & maluatici parũ, uel ad cordis & stomachi confortationẽ syrupo acetositatis citri, de buglossa, roseo, seu alio cũ cordialibus aquis, uel granatorũ succo, aut panis bucella in vino, siue media caponis iuris scutela cũ vna perlarum, aut aromatici rosei tragea, seu zucari rosei ʒ. i. duabus quiescente horis, dein sub coopertorio, pauione, aut conopeo respirationis priuatione super scamnum nudo sedente, intra posito catino prunis pleno, hoc suffumigium immitte.

Recipe cinabari pul. ℥. 5. mirrhæ, olibani añ. ʒ. 1. stoicis, ʒ. 5. Misce, recipienteque toto corpore fumum pro virtutibus robore, vsque ad sudorem.

Trocisci quoq;, ac alia ex huiusmodi sic formãtur. Recipe cinabari ℥. i. mirrhę, xiloaloes, labdani. olibani, añ. ʒ. ij. galliæ moscatę. ℈. ij. Theriacę. ℈. i. aquę melissę, uel storiacis liqdæ quan. suf. misce. dosis est ʒ. 5. debiles aũt, neq; suffumigij odorẽ tollerantes, caput, uel faciem saltem, ne tñ fumus respiret extra conopeũ, teneãt. Suffumigatione cõsumpta pannis coopertus per horã pro sudoris cõplemento lectulũ ingrediatur, attenta semp virtute. suffumigio, naturali dissoluto calore, egro indi

genti

genti mediam iuris caponis scutellam cum trazea, uel alia, ut supra, porrigito, & post horas 4. prandeto. Sic procedentes vsq; ad manifestum materię ex ore fluxũ, ac reliqua, uelut in vnctione prædiximus, signa, simpthomatibus prauis, oris ulceribus, sinoopi, ac ceteris subuenientes, Egro autem quotidianam suffumigij administrationem nequaquam tollerante, alternatim fiat de tertio. s. vel de quarta in quartam diem minori suffumigij quantitate, quæ etiam uirtute forti augeri poterit. Nam prima dosi cõsumpta similem igni proijce; possemus etiam quandoque sero inungere, mane facto suffumigio pro uirtutis robore, uel morbi prauitate, quandoque ab uno, alias ab utroque desistere, ac postea ad unum, quandoque ad utrunque reuertimur.

Sextus sanandi modus, præcipitatum. Cap. XV.

SI adeo inualuerit diabolicus morbus, insenueritve, vt nulla p̃dictarũ cura, neq; uiolẽta ui argenti uiui extra unctione, ceroto, ac suffitu introducta auferri valeat, cũ ad vltimas egritudines, ex Hipoc. primi. vi. vltime curationes sunt potẽtes, certũq; sit, ab eodẽ de arte validissimũ, fortissimũ ve morbũ fortioribus curari, & tolli, & .ix. ac x. med. meth. egritudo, q̃ nõ habet preter unã viam ad salutem; licet cuilibet egrotanti ardua & difficilis, ipso tñ inuito oportet per illam etiã in omnibus casibus transeat. Multoties. n. medicus rebus cõtra naturam patientis particulæ utitur, ut bonã ualitudinem inducat. Ore ipso, ac intus catapocia facta cũ cordialibus pro uelle, ac morbi natura, ex mercurio

Præcipitato, aut calcinato, uel Rubeo sumito pulue re, hoc fiendo pacto:

Recipe aquæ partitionis auri ab argẽto, quę sic fiet.

Recipe vitrioli romani li.i.aluminis rocchę vnc. 9. salis nitri.li. 5.ponãtur cucurbita curua vitrea, uel recta, capello,& recipiēte ad fornacis ignē cōtusi,& stillabit, li.i. 5.argenti uiui li.i.imponantur cucurbita parua uitrea,in olla posita,ne immediato ignis contactu frãgatur,igne lento,ac medio quodam aucto fortiori, ut tota defluat aqua,dignoscendum cum non euaporet amplius.Si uero intus aliqua argenti portio uiui remanserit,vel abiice,uel captia enea igni ad mercurij consumptionem apponito,& habebis. Postea sic,

Pillulã cõfice.Recipe pcipitati gra.v.plus,uel min⁹. Margaritarũ,iacinthorum pp. Terræ sigillatæ, boli armeni oriētalis aã.gra.iij. specierũ diamosci gra. 4. misce,& deauretur,ab egro lecto horis v. se cõtinente aurora deglutiendam.Hac.n.epidemiæ elidētur dolores, pituita,& atraibilis uomitu,nec non alui deiectu, reliquorumue humorum corruptiones euanescent.

Reliqui sanandi modi,inuenti,ac futuri. Cap.XVI.

AN autē alij medēdi modi adhuc cõperti sint,& denuo cõperiri ualeãt, uelut ex quatuor uiperarũ generibus ad humores totidē pharmaca, sola collocinthis maluatico,absinthiũ,uel aloes, reliqua simplicia,syrupi diuersi,decocta,& alia.Priscorũ inuētis commoti & concitati,ex Hipocrate,noua pquirimus,quiq; certaminibus,ac culinis student, de prisca medicina, semper aliquid inuenerunt.Verum enim descriptis sex sanandi modis, ex asclepiade, epidemiam omnem tuto,celeriter,& semper iucunde curauimus.

De doloribus. Cap. XVII.

FIunt quippe qbuscunq; corporis particulis dolores pro humorũ,ac membrorũ diuersitate,utpote

intensi fortioribus medicamẽtis, remissioribus mitiores diminuẽdi. Cum autem, ex Galen. acutorum primi. xxxiij. medicationes quatuor dolores resoluant, euaporatio, flobothomia, solutio, seu lenitio naturæ.

Medicinę. n. ex opio, iusquiamo, & mádragora dolorẽ non resoluunt, sed sensum stupefaciunt, idcirco nisi mortis discrimine porrigẽdæ. Morbi. n. prauitate innatum membrorum calorem destruunt, ac frigore crassiorem, & resolutionis materiam difficilioris reddunt.

Anodina vero absq; dolore. s. ac horũ euaporationes calori naturali, quẽ parũ excedunt, fere consimilia mẽbri cõfortantia uires, materiam coniunctam subtiliantia, resolutioni, uel euaporationi cũ dolorũ extinctione p̃parantia conferent, uelut oleum roseum, camomillæ, aneti, trifolij, seminis lini, liliorũ alborũ, pulpa cassiæ, & similia. Humore crasso pituitoso, ac viscoso, adeps anatis, uituli, gallinæ. dialtea, & huiusmodi.

Emplastra quoq; ex p̄dictorũ floribus, herbis, ac mucilaginibus uelut seminis lini, fenugreci, radicũ alteæ, Fomenta, ac cerota, ex Gal. tertio techni, quandoq; materia frigida, ac uiscosa, multum, stichados addito.

Emplastrũ resoluẽs materia crassa & frigida dolorẽ leniens. Recipe florũ meliloti, rosarũ rubearũ añ. vnc. i. saluiæ, absinthii, stichados añ. vnc. ʒ. farinæ seminis lini, fenugreci, hordei añ. vnc. i. ʒ. puluerizentur subtiliter, & uino albo dulci fiat. Addi poterũt hermodactili, mel, furfur, qui solus caldario calefactus sacculo impositus pro pauperibus ualet, Sapa, Absinthium, quoque lapidi ignito uino extincto calefactum, quibus.

Fomẽta fiet uniformiter uino aromatico spongia infusa & expressa cõtinue applicánda, additis materia di

gesta demum resolutiuis, uelut olibano, galbano, armo niaco, aluneariorum luto, oleo olibani, masticis, lauri, se rapino, & similibus. Vltimo rebelli humore iuncturis collecto, nequeunte resolui apponitur argentum uiuũ, ut supra, saliua præparatum.

Operabimur autem uerius, ac tutius cum his, quæ morbi causam remouent, si oporteat,

Flobothomia, chirurgia secundo, uel his

Quę intus sumpta naturæ solutionem efficiant, ellectuariis, pillulis, hermodactilata, ac consimilibus cap. 6. tertio medicæ artis instrumento.

Pustularum cura. Cap. XVIII.

SI, ex Gal, de colera nigra, natura sanguinem mundare tentans, excernat, quod prauum quandoq; ad eam, quæ foris superficiem, uelut crisi solerti iuditio. Quod uentosarum applicatione fiet, ac herbæ stellæ uulgo notę ferculis, succo, ac crudæ, aceto etiã passulato cõmixtione, aliisq;, quo modo chirurgi rationabilius causticis primo, aqua ardẽti, forti, aut calcis, seu ad partiendũ, siue argenti uiui, uel sublimati, aut uiridis eris, arsenici, uel aluminis, & similiũ. Aut horũ unguẽtis sigillatim quacũq; parte corporis mane, ac sero, & canonice, ac quippte cauteria cõsciẽtia ab apostolo dicta, inungẽt, ac tangent, dein, cũ ultra quatuor cauterij iuuamenta a priucipe quarta primi posita. Ne. s. corruptio dilatetur, mẽbrũ confortetur. Materia resoluatur, sanguis restringatur, a neotericorum Iacobo parti alia notentur. 4. diuersio, interceptio, eradicatio, cõstrictio & corrugatio, qua in porris cutis facta ne ad eius superficiem superfluitates transmittat natura. Medicus natuę minister impediet, & a sanguinis depuratione consistat

ſtat. Verum ut horum prauę etiam curę obſtinatis, negociatoribus, amantibus. Et his, qui nec minimo quoque inſtanti uellent cũ puſtulis uideri. nec neuo quoppiam, iotha, aut athomo annotari, ſubueniamus. Aqua qua tangentur connotetur. Recipe ſublimati. ʒ. i. aquę ardentis, roſeæ, añ. vnc. iij. buliant igne lento uaſæ uitreo, aut uitreato ad ſublimati diſſolutionem.

Alia fortior. Recipe ſublimati, uiridis eris, añ. ʒ. i. aluminis rocchæ. ʒ. ſ. Aquarũ maris, roſeæ, añ. unc. iij. buliant ad euartam partis conſumptionem. Colaturæ addita aquę patitionis vnc. i. aqua enim ſeparationis dit ad libitum, ae uirtutem minuit.

Vnguentum expertum, & ad adultorum ſcabiẽ probatiſſimum de tertio in tertiũ diem calidum ſero cum uadit dormitum inungendũ. Recipe argenti uiui ſaliua extincti, uel oleo laurino quan. ſuf. ʒ. ſ. uiridis eris. ʒ. i. ſublimati. ʒ. ij. terbentinæ, ceruſæ, añ. unc. i. pinguedinis porcinæ vnc. ij. ceræ albę, ſtoracis liquidę, añ. un. ſ. miſce, trium dierum doſis, vnc. i.

Minuetur eius ualida uirtus, & puerorum ulla abſq; noxa ſcabiem propellet, ac dealbatur ceruſa, ad placitũ addita. Vti quoq; poteris ungentis, quibus pulſus inũgit Aqua lupul, uel conſimili nouies colluẽta uulgus, uelut vnctionis cura, ad perfectã ſalutẽ, gingiuarum, & oris alterationi ſuccurrẽtes, ſicut pdiximus. Si uero ſublimati acuitate exoriatur dolor, aut excoriatio, uel tumor, butyro puſtulas inunge, uel hordei aqua collue, aut alijs extinguẽtibus, aut dolorẽ, ca. 17. mitigãtibus.

Paruulæ uero puſtulę acuta materia excoriantes, ac acerbiſſimos cruribus, & circa ulcera inducentes dolores hoc illinientur unguento. Recipe unguenti roſei

 meſue.

mesue. populeonis, de tutia, an. unc. ℥. lithargirij argen tei, accatię, an. ℥. i. succi solatri quan. sufficit. misce, ac mor tario plumbeo incorporentur perfecte; Cerusa nihilominus sola, ac oleo roseo, uel consimilibus satius quan doque perungentur.

Tubera, apostemata dura, uulgo gummas resoluemus, maturabimus, & aperiemus. Cap. XIX.

CVm autem, principis sententia, quarti tertia cap. ij. Apostemata quatuor terminentur modis. Resolutione, suppuratione laudabilius, corruptione, & induratione, nec decentes.

Resoluuntur quidē rectius epidemici tubera morbi ac infallaciter, aquę, uel uini, ac sublimati, decocto cap. x. Vnctione, ac reliquis cap. proprio. Particularius tamē mollientibus calidis, ac primo siccis, uelut pinguedine gallinæ, anatis, anseris, oleo camomillæ, liliorum, *Kerua*, &, ex serapione, armoniaco mirabili, licet satis calido, uel ceroto cap. xij. Diaquilon paruo, ac gummeo, emplastro de melliloto, medulla crurium equi, uituli, porci, unguento mollitiuo omniū præstantissimo, dial tea, terbentina, mercurio, butyro recenti, bdelio, galbano, mucilagine seminis lini, fenugreci, alteæ, lithargirio, His, si nec resoluantur, medicus ex Hipocratæ naturæ adiutor.

Maturatiuo hoc utatur emplastro. Recipe foliorū maluæ, uiolarū, an. M. i. bulborū liliorū alborū, num. ij. radicū alteæ aqua pcoctis, assungiæ porcinæ, an. vnc. ij. butyri recentis, fenugreci an. vnc. 5. olei liliorum, uiolarum, an. vnc. i. 5. cum aqua prædicta fiat cataplasma calidum apponendum, addi poterit mucilago alteæ, fenugreci, seminis lini, horum farina, ac tritici, pinguedo

do gallinæ, cerui, resina pini, terbentina, fermentum, ficus pingues, diaquilon magnum, unguentum mollitiuum utrunque per se ualidum, seu mucilagineum. Radix brioniæ recens.

Fomenta quoque ex quibus fient.

Aperiatur dein maturũ apostema sagittela, uel aliõ instrõ incidente uillorum incessu pterquam in fronte, ac sumine, aliisq; locis oppositæ aperiendi, ex principe tertia quarti. Verito autem incisionis nocumento.

Cauterio

Actuali cõfortãte, forte dilecto magis, gladiali vtere.

Potentiali etiam quandoque, & si non ita tuto, necessitate urgente familiari, ac correcto ad foraminis quantitatem, horis 6. adaperiente, a iuncturis, ac neruis membri operationem destruentibus cauentes, hoc velut bubonibus utere.

Recipe sublimati ℈. iij. ß. minus, ac plus, ut ualẽtius cauterizet, opij gra. iij. minus, ac plus, ne grauiorẽ dolorẽ concitet, ac mense quiescere permisso, unguenti populeonis, ℥. j. ß. lapidis ematitis gra. v. misce.

Quo ammoto, butyro & caulis folio escaræ casum procura, loco etiam cauterij.

Oleo de uitriolo nulli in quocunque opere pari, mirabili absque dolore cauterizante, scrophulis, ac verrucis magnis eleuandis, præsertim hoc facto modo. Recipe uitrioli romani. ℥. xx. aluminis rocchæ, salis nitri añ. ℥. 24. pulucrizentur, & igne fornacis alchimistarũ secundum artem cucurbita calcinentur curua, ac igne aucto recipiente habebis. Ad sistendum autem, ne noua dolore ad locum materia currat securius supra locum digitis. 4. hoc.

Defensiuũ appone. Recipe boliarmeni, sãguinis dra conis, accatiæ, añ. vn. 5. vnguẽti plũbei, vn. i. albuminis ouorũ, aceti, añ. quan. suf. misce, addita quoq; cãphora Mortario fiet vnguentum.

Vlcerum cura. Cap. XX.

SI vlceris descriptio sit continui solutio, ex principe quarta quarti tractatu. iij. a qua pus resudat & sanies, ulcera diabolici morbi contumacia rebellia, ex Gale. de curandis morbis. a medicis græce cacoethe cęterorum prauitate maligna, ac qualitate pessima occulta complectentia curabimus attentis methodi medendi quarto contra thessalum radicalis curæ, atque etiam accidentium impedimentis.

Figura. s. circulari ad aliam reducenda.

Fistulari loco possibili, absq; particulę patientis discrimine cauterio, nouacula, raræ & siccæ substantiæ tenta, sicut medulla melegarij, sambuci, spongiæ præparatæ, radicis aristologiæ, gentianæ, brioniæ, & similium aperienda, sin autem unguenta dissoluta, ac lotiones imponentur siringa.

Saniei crassitiæ digestiuis ui incisiua subtiliata. Tenuitate cum calorem conseruantibus, ac uiscosis uelut glutinis incrassata.

Frigiditas autem, calor, & relique qualitates quibus corrosio, mollificatio, exiccatio sequentur, & alia, suis cõtrariis qualitate occulta propriis, ac expertis, uelut unguẽtis, ex argento uiuo, ac pulueribus dimouentur.

Membri, cruris. s. natura imbecillitate, uuluæ, & gutturis humiditatibus superfluis calidis proportionalibus remotis, ac cõfortantibus, ex Hipocrate. n. morbus suo dimouetur contrario, ac simili salus adseruatur.

Humi-

Humiditas autem naturaliter ad membra fluens exiccantibus adimitur.

Mãdãtis quoq; mẽbri nouas quotidie superfluitates ad ulcera impedimẽtũ velut epatis, aut renũ, matricis, cerebri, aliorũ, ac totius chacochimi corporis, his purgatis, ac rectificatis tolletur, Vlceris cura, ex principe quarta quarti, ac primi quarta nequaquã prætermissa.

Ammota Ostracosa, decolorata, vel calosa labiorũ duritiæ medicamine acuto, unguentis, & aquis ca. 18. uel instrumento apto, ex Gal. quarto med. meth. ad sanam, usque carnem excidenda, uel quandoque, quod Thessalus nequaquam nouit, & maius est quippiam, atque artis egens medicamentis sanare mollientibus.

Ossium corruptione, seu denigratione medicamento squãmas, frusta, ac totam quãtitatẽ relaxante, uel caterio ignito, fricatorio, scalpro, lima, tripano, aut similibus pro membri necessitate, ac corruptionis quãto, & reliquis impedimentis suis medicamentis dimouẽdis. Puluis squammans ossa ulcere quocunque superficie corrupta. Recipe radicum yreos, Aristologię, an. ʒ. i. cẽtaureæ. ʒ. ij. corticis pini. ʒ. 5. misce, quo, ac melle fiet.

Vnguentum.

Ossa quoque squammat aqua uitæ cum melle roseo, & calcanto adusto madefacto lichinio, euphorbium vltimum, unguentum egyptiacum, munita semper defensiuo, cap. 19. carne.

Remoto osse ad perfectam consolidationem cum incarnantibus peruenies.

Vnguentũ digestiuũ sanie cruda, & crassa licinio, ac ulcere cooperiẽdo petia linienda pro mẽbri cõditione ligato. Recipe terbẽtinæ claræ, unc. 5. vitelli ouorũ nu-

me.i.Misce addito quãdoq; croco, butyro, unguẽto rasino, Basilicone, Dialtea, Assungia porcina, oleo liliorũ, Aranciorum succo, ac coacti, Mercurij portiũcula.

Sanie autem uirulẽta, subtili, ac corrosiua. Recipe lithargirij oleo roseo ad perfectã mixtionẽ agitati ℥.i.ʃ. terbentinę lotæ, unc.i.ʃ. uitelli ouorum nume.i. Misce, Quandoque utere unguento de plumbo, Assungia porcina, Astricti demum, Argento uiuo.

Mundificatiuis digestione perfecta, sanie bona albedine, lenitate, & equalitate dignoscenda, pro ulcerum, ac membrorum diuersitate procedito.

Vnguentum quacunq; corporis parte Mũdificatiuũ cũmune. Recipe Terbentinæ unc.i. Mellis rosei vnc.ʃ. farinæ hordei quã. suffi. misce. Additur Mastix, Mirrha, Olibanum, Cõmunia auctorũ, Vlceribus capitis de Gũmi ellemi, de Bethonica, de Matrissilua, aliorũ mẽbrorũ ꝓ particularũ, ac Vlcerũ natura. Apostolorũ Vlceribus putridis, sordidis, prauis, & profundis, vel Fistulis dissolutũ Vino, Lixiuio, aceto, uel quoppiã appropriato, sicut Egiptiacum Duriciei quam plurimũ conferens. Calosam ammouens carnẽ. Minus malignis præfatis misceto Basilicon, Rafinum, Aureũ, Calido uero ulceri unguentum de Tucia, de cerusa, cum camphora pro maiori inflammatione, & magistraliter succo solatri decoctum, de Plumbo, quandoque de Minio, cũ camphora, ac se inuicem mixtis intẽtionũ diuersitate.

Precipitato dein Puluere Rubeo, cap.xv. a quibuscũque empiricis applicito miraculosius corrosionis domestica ui quadã absq; dolore Mollis, & superfluæ carnis Exiccatiuo, Deambulantis Cancrenæ prohibitiuo, prauæ qualitatis occultæ Vlcerum Gallecí Morbi maxime

xime remotiuo crassæ Saniei duræ, Indigestæ, Tuberũ apertione cuiusq; cócoctiuo, cui Par nõ est, usq; ad perfectam cutis generationem præsertim Virgæ, Aliorumque locorum Putredine, ac Sanie praua consolidationem prohibéte, Fistulis quoque uino siringa proiecto.

Aqua item partitionis capi. eodẽ Verucas cuiuscunque loci remouente, Ani præsertim, ac Vuluæ, Vlcera praua Deambulantia, ac Gutturis Cauterio bis die tacto, rosea corrigenda aqua.

Describuntur demum a Neotericis Vnguẽta plurima Epidemici mũdificatiua Morbi, prauã eius qualitatẽ occultã dimouẽtia, Duritiẽ dissoluẽtia gummeã, optimã efficientia Saniẽ, Dolorem sedãtia, Carnemque gignẽtia laudabilem ex mastice, thuræ, colophonia, cerusa, Argento uiuo aranciorum extincto succo, oleo roseo, assungia suina, mortario ac pistello fienda. Vnguentum quoque Rasinum, Lithargereum.

Damascenum sic constituendũ. Recipe unguẽti rasini igne captia dissoluti unc. i. ʒ. uiridis eris. ʒ. ʒ. agitata perfectius misceto.

Cerotũ de betonica unicuiq; capitis, ac Epidemici ulceri mirabile, ac dein carnis generationẽ Cicatrizãs, ad Maiorẽ Exiccationẽ unguento addito de Minio, fit, Recipe terbẽtinæ, Resinæ pini, olei rosei añ. vnc. iij. ceræ, unc. 2. ʒ. Betonicæ, Matrisiluæ añ. vn. iij. ʒ. Infundãtur tribus diebus herbe uino dulci, postea simul coquãtur ad uini cósumptionẽ, colaturæ igni positæ addito Gummi ellemi, Sarcocollæ, Olibani, añ. unc. ʒ. pro libra, Cæteris autem corporis Particulis optimum.

Cerotum de Minio usuale igne sic fiendum. Recipe minij, unc. iij. lithargirij aurei. unc. i. ceruse, olibani añ.

unc.

vnc. ʒ.olei rosei, liliorum, añ. li. ʒ. sepi hircini. vnc. i. ʒ. addi poterit bolus armenus, oppoponacum, camphora, cera alba, sepum castrati, oleum laurinum, commune præsertim crurium ulceribus, ualet etiam oleũ mirthinum, ac cerotum, ex Mercurio, cap. xij.

Aqua ulcerum gutturis, palati, gingiuarũ, ac labiorũ bis die cotto radij summo madefacto contãgẽdorũ consolidatiua fiet. Recipe aluminis rocchę. ʒ. ij. zucari fini. ʒ. i. uiridis eris. ℈. ʒ. aquarũ plantaginis, rosarum añ. vnc. ij. buliant consumpto tertio, & cola.

Fortior, ac nobilior. Recipe aquę partitionis, vnc. ʒ. roseæ, vnc. i. ʒ. misce.

Alia, seu decoctum gargarizandum gutturis ulceribus oris, uel gingiuarum prauis tumores resoluens, ac materiæ prohibens descensum, saniem mundificãs, ac cicatrizans. Recipe rosarum, mirthilorum, arnaglossæ, bislingue, plantaginis, añ ʒ. ij. balaustiarum, gallarum, añ. ℈. vij. aluminis rocchæ. ʒ. i. ʒ. aquarum plantaginis, vnc. 9. buliant consumpto tertio, cola, ac utere cum syrupo acetoso, uel diamoron, aut melle roseo, ac aliis, ex proportione, iungetur berberis, mirrha, antimonium, aqua plantaginis ferro igneo decies calibeata, uinũ stipticum, nec uinosum.

Ad maiorem exiocationem puluis. Recipe tutiæ pręparatę, terræ sigillatæ, accatiæ, corallorum rub. añ. ℈. i, sanguinis dracouis, thuris, seminis plantaginis, mirthillorum, añ. ℈. ʒ. canula ulceri iniiciatur, uel insuffletur fistulæ.

Lotio, seu decoctũ olla terrea genitali mẽbro, uuluę inflatæ, uel ulceribus. Recipe rosarũ rub. foliorũ, mirthi, corticũ granatorũ, balaustiarum, tartari albi, alumi

nis

nis rocchæ, hordei, ſeminis caulium, añ. aquæ plantagi nis, quan. ſuf. colaturæ adde, mellis roſei, vnc. iij.

Fixuræ autem volis manuũ, ac pedum plantis cũ dolore quandoq;, præpurgato corpore, hac lotione colluã tur. Recipe maluæ, fumiterræ, hordei, añ. M. i. additur altea, conſolida, paritaria, capillus uen. lapatium acutum, nepite, lupini, uiole, mel, elleborus uterq;, & conſimilia, poſtea ungantur unctione Mercurij, cap. 18. uel aquis ibidem fortibus contangantur, probabilius Butyro recenti nouies aqua hordei, uiolacea, aut fumiterrea abluto, uel iſto. Recipe albuminis ouorum nume. 1. pinguedinis hirci ʒ. ij. ʒ. ſublimati, aluminis combuſti, añ. ℈. i. miſce mortario lapideo, ac ligneo piſtello, quo inflatione, uel mordicatione, quandoq; ſequente butyro recenti ſæpe perungantur. Id autem, nec inflammat, & mirabilius ad ulcera uulgo

Bugantiæ præualet, Recipe olei roſei, ceræ, añ. vnc. ij. ſepi hircini. ʒ. vj. ſucci rapæ, vnc. iij. conſumpto buliant ſucco.

Aqua calcis ulcerũ ceſſat dolor, tumor reſidet, uulnera emũdãtur, & calores, ac miraculoſius, inflãmationes arcẽtur, cũ alioquin ſui caloris uehemẽtia incẽdat calx uiua, qua nihil efficatius, aquã puteanã, uel fluuialẽ uaſe nouo feruentius bulitã calci uiuæ ſuperinfunde cupa lignea munda noua diſſolutæ quieſcere permiſſe, natãte ſummo exẽpta ſpuma, calcis medio limpidiſſimam aquam defunde, ac uſui repoſita ſpongia, uel linteolo intincto calida foueantur ulcera, ſanies detergatur, pro membri dein proportione liganda: Vt cum præfatis poſtremo cicatrizentur ulcera, ac neotericorum vnguento, ex Raſineo, Damaſceno, Meſcurio, Ma-

ſticæ,

ſticæ, Cerusa, Lithargirio, ac oleo Mirthino cōpoſito.

Neq; ſilētio prætereūda Simplicia Duo, Apud Dioſcoridem Climenō locis aquarum currentiū exoriēs ſtipite quadrato fabarum folijs dentatis ac arnagloſſę inſtar, Materſiluamq; uino madefactā tibiarū Vlceribus, ac aliarum particularum opitulantia quāplurimum.

Cum rectius tamen antiquiſſima quoque Ylcera ac nullo diutins medicamento curata.

Solo Mollitiuo melle liquefacto roſeo Imbutis lichinijs mundificauerimus, genita

Conſolidauerimus carne, cum ſcire liceat terio meden. metho. generādæ carnis materiā ſanguinē bonum eſſe opificem authorēq; Naturā. Nā & cauo ulceri Caro quæ perijt reſtituatur oportet, ac Adiectorū Calidi, Frigidi, Humidi, & Sicci Temperatura cōſtātiū, iuxta quorū Temperiē Opiſice quoq; Ratione indigemus; Porro his ita ſe habentibus nihil eſt pręterea quod obſtet, idque nullius externi Medicamento.

Et ſi abſque melle eo tātum petijs cooperta Cicatrizau erimus, ac perfectæ ſaluti, Rationabilius; His Quę Potantur, Velut miraculoſo aquę Ligni, cinę, ſarſę, ſiue uel Vini Decocto, Reliquiſue, ac ſublimato Superiorirū à morte certius ad Vitam recte, optimeque reſtituimus magno cum decore complectius.

Delentur autem Maculæ. Cap. XXI.

SI Dijs ſupplicandum ſit, ex Hipocrate de uictus ratione, Quod quidem Pium eſt, Decorū, Optimūq;, Ideo ammotis Puſtulis, ac Tuberibus, Vlceribuſque cicatrizatis, Remanentes deleantur Maculæ

Hoc Linimento.

Recipe Criſtalli puri calcinati, ſucci fructuum pentha-

thaphilonis ſcilicet fragarum an̄. quantū ſuffi. fiat Lutum maculis Illiniendum.

Aliud. Recipe ceruſę lotæ florū fabarū aqua, dragāti an̄. puluerizentur, & muliebri lactæ Illiniantur commixta.

Modus viuendi post Curationem ſani. Cap. XXII.

GAlleci Morbi Baſi, ac Minera Vniuerſis Humoribus una permixtis diabolica quædā operta prauitate difficulter Inſeparabilibus, Epatis adhuc nōnulla permanēte Diſeraſia, Veteri indies creſcēte, uel Noua ſuperueniente Cauſa, plurium inſtar prauorū iecoris Morborum, Hydropis potiſſimū, Icteri, ac Similiū, ut eo laborantes, epius poſt ſalutem, ac totalē ſimphtomatū apparētem remotionē, mēſibus, & annjs, tum ſubiecti diſpoſitione, tum quoque regimine prauo deterius recidiuauerint. Ne igitur denuo in Epidemiam relabantur, duobus annis continuis.

Primo ſex rerū nō maturaliū Regimine ſicuti pſcripſimus. utantur. Infectorū Coitū, Contactū preſertim; Dormitionem, ac Continuam Cōuerſationē refugientes, ante, atque poſt Concubitum Membrum Virile, & Vuluā vino calido, uel aceto, ut ſupra cap. v. colluētes.

Secundo Membra non modo Interiora, uerum etiā Exteriora potiſſimū Dolores. Apoſtemata, Vlcera, ac reliqua perpeſſa, confortato. Intus Epar huius ſemper minera Morbi, à quo tota trāſmittitur Occaſio. Inſeruiētēq; illi Stomachū cum Diarodō abbatis, ac cap. xiij. Reliquis, uel Alterā, Qua Iecinoris foueatur Nocumētū, Particulā, uelut Splenem, Renes, & Cætera, Ac Mulierū Menſtrui ſanguinis retentione, nimiaue effuſione matrices, ex Hipocrate, mēſtruis pluribus euenientibus, &

non venientibus a matrice accidunt egritudines. Vnguentis ab extra, ac reliquis cap. prænotatis eodem.

Tertio propria utatur euacuatione pro patiẽtis uirtute, uel cõfectione hamech, pillulis, ac cap. 6. reliquis. Semelq; hebdomada saltẽ digitis, uel pẽnæ in ore appositione, aut familiari aqua tepida, ac syrupo acetoso, uel alio absq; egroti discrimine, prouocetur uomitus propriá morbi educens materiã, atq; a iuncturarũ doloribus, quos mitigat, pręseruans, immo diuertens quandoq; solus sanat, hieme, si Autumno, uel Estate tota, si uere cura expedita fuerit. Vere si quidem & Autumno semper, ex Hipoc. cap. x. Egrũ euacuatione, & uniuersali pharmaco, ac suis digerentibus Curato.

NON mirum, si etate hac nostra miserrima, nec Marones, nec Hipocrates, neq; Aristoteles, nec Hieronymi, neq; Augustini, Heliæ, ac Moses insurgãt, & cõpareant. Si dñs in nubis caligine neq; ignis columna modo nec veniat. Nec Spiritus Sãctus è cœlo descẽdat amplius, si cũcti Reges, & principes desinãt esse mecænates. Literarũq; (licet rari professores) odio sese semper habeant. Maledictis, ac factis sese semper insectentur. ut uirtus non modo algeat, sed nec laudetnr. Si itaq; lectores candidissimi me adminus laudatum sensero. Etsi in maledictis, & opere medico, cum circa nobilissimum humanum corpus laborauerim, sponte a sapientioribus corrigi supplex exoptem, uirtutis, ac ueri amore Herculeos rursum subibo labores.

